BIBLIOTEKA
Zakł. Nar. im. Ossolińskich
XVII 4711

17.

# EPISCOPO-PRESBYTEROLOGIA PRUSSICO-REGIOMONTANA,

Vetr.

*NON SINE LABORE ADORNATA,*

AB ANNO M. D. XX. ad ANN. M. DC. LVI.

ET

*PL. REVERENDO, CLARISSIMO, SOLIDE PIEQUE DOCTO*

MINISTERIO REGIOMONTANO-TRIPOLITANO CONSECRATA,

*A*

GEORGIO COLBIO SYMMYSTA CNIPHOVIANO.

vide Novam Presbyterologia T. Misc. 24




Exſcripta Typis PASCHALE MENSENIANIS, Anno M. DC. LVII. Menſe Febr.

24,517 B

# SIGISMUNDUS POL. REX,

## IN LIBRO PRIVILEGIORUM PRUSSIÆ, Fol. 31. fac. 1.

OMNIUM RERUM, QUÆ SEMPITERNÆ MEMORIÆ COMMENDARI DEBENT, NULLA CERTIOR FIRMITUDO INVENIRI POTEST, QUAM UT LITERIS POSTERITATI MANDENTUR. CÆTERA ENIM FACTA, QUANTUMVIS MEMORABILIA, ALIIS MODIS ÆTERNITATI DICATA, ALIQUOT QUIDEM SECULIS DURARE POSSUNT: SED, QUÆ LITERIS MEMORIÆ COMSERVANTUR, NUNQUAM INTEREUNT, IPSAQUE VETUSTATE FIUNT AUGUSTIORA.

INSTYTUT OSSOLIŃSKICH

XVII - 4711 - III

## *Ad Lectorem.*

MEmento antiquorum, & priorum Temporum, *inquit ſumma Majeſtas. Hoc Mandatum, ut Populo Iſraëlitico* EA *datum voluit: Sic &* Mihi *ſacroſanctisſimum putavi eſſe habendum. Ideoq́, cùm per XXXI. Annos Officio Eccleſiaſtico functus fuerim, & intra illud Tempus, in mutuâ adminiſtratione Officij habuerim Collegas & Fratres mihi conjunctisſimos, amicisſimos, & dilectisſimos, quorum, maximam partem, recordatio, partim in vivis adhuc extantium, partim jam piè demortuorum, mihi jucundisſima: Nolui ſanè intermittere, quin ipſorum Vitæ Decurſum, non omnem ſed qualem qualem, intentioni meæ commodum, Poſterorum memoriæ, &, ſi placet, ævo conſecrarem. Exiſtimabam id mihi imperare & Amorem & Fidelitatem Addo ſic quoq́ divam* Nominis *conſervationem, à Me, qui ad limites vitæ quotidie provehor, & fortean (abſit jactantia verbo!) non relinquo, qui priorum ſat gnari Temporum, ſiſtere queant, vel velint, quod hìc ſiſto. Non enim laboris expers negotium eſt, expedire & promere, quæ ex omnibus angulis Librorum ſunt conquirenda. Fateor præluxiſſe mihi induſtria ſuâ Pl. Reverendos & Excell.* Dn. Dn. D. COELESTINUM MISLENTAM, & M. FRIDERICUM STIMERUM, Profeſſorem, Paſtores & Conſiſtoriales. *Sed & invenies plurima, & ferè pleraq́, obſervata & addita non tenui meâ diligentiâ, ex variâ, horum & illorum, lectione: Quod res ipſa Te docebit.*

Devt: 32. v. 7.

*A 2* *Ad-*

*Addidi quoq́, ne neſcias, paſſim raras & jucundas quasdam, probè ponderandas, retrò-actorum temporum Narratiunculas & Geſta, ne tædium tibi pariat nuda Annorum & Nominum Relatio. Nec diffiteor, ſubfuiſſe quoq́ prolubium, provocandi tum Aulicos, tum Academicos, tum Urbicos, ſimile quid tentandi, ratione* Illuſtrium Dominorum Regentium, Magnificorum Dominorum Conſiliariorum Judicij Aulici, tum Rectorum & Profeſſorum, & Conſulum Proconſulumve, hujus Tripoleos, *nullo alio, quàm qui hîc ſpectatur, fine.* SERIEM *quamvis* DOCTORUM & MINISTRORUM Eccleſiæ, *ſuo loco diſponendi, dictavit partim* GENIUS Locorum, *partim* SENIUM fundatorum Templorum, *ne quid in præjudicium Hujus vel Illius factum putes. Qui plura obſervârit, addere ea poterit: ſalvum hîc addendi, & mutandi, jus Ipſi ſit. Sed & hoc addo, ut qui in vivis (quibus ſeriò omnem* εὐπραξίαν & εὐζωίαν, *cum beatâ* εὐθανασίᾳ, *opto) & ſuperſtites, has* SERIES *continuent, Poſteritati mancipent, & ſic præeuntem ſuum ſequantur.*

Dabam Anno 1657.
d. 10. Jan.

GEORGIUM COLBIUM
Eccleſiaſten Cniphovianum.

*SERI-*

SERIES PRIMA

# EPISCOPORUM SAMLANDENSIUM
## Ante REFORMATIONEM,
De quibus nil niſi nuda Nomina haberi potuerunt.

I. Henricus.
II. Christianus.
III. Sigefridus.
IV. Johannes I.
V. Jacobus.
VI. Bartholomæus.
VII. Theodorus I.
VIII. Henricus II.
IX. Henricus III.
(*Hic ab aliquibus ponitur* Johannes II.)
X. Henricus IV.
XI. Henricus V.
XII. Michael.
XIII. Nicolaus I.
XIV. Theodoricus II.
XV. Johannes II.
XVI. Paulus.
XVII. Nicolaus Schonbon Thorunenſis.
XVIII. Guntherus.

Hæc *Gualtherus in Chron. Chron.* Eccleſ. lib. 1. p. 1171. 1172. quæ & apud *M. Caſpar Schütz.* in Hiſtor. Pruſs. legas ab initio.

# EPISCOPORUM SAMBIENSIUM
## A Tempore Reformationis Evangelicæ.

GEORGIUS de POLENTIS, Miſnicus, qui, relicto Cœlibatu, ductâq; Uxore, ALBERTO PRIMO I.

 Pruſ-

PRUSSIÆ DUCI Epiſcopatum reſignavit, ab An. 1520. (aliis 1521.) usq; ad Annum 1550 (aliis 1558.) quo obiit, ætatis 72. atteſtante Epitaphio, in Templo Cathedr. Cniphov:

*Saxum hoc Præſulis oſſa Sambiani*
*Claudit, Nomen Ei fuit* GEORGI,
*Qui de Stirpe ſatus* Polentianâ,
*Monſtrans Stemmata* Miſniæ *vetuſta,*
*Illuſtrem peperit ſibi & perennem*
*Virtutum ſtudio, Artiumq;, famam.*
*Has propter* Latias *adivit Urbes,*
*Præſtans Eloquio, & Fidelitate!*
*Romæ*, Præſule JULIO Secundo,
*Scribæ munere functus; inq; cauſſis*
*Legatus gravibus ſubinde miſſus*
*A Te*, Maximiliane Prime Cæſar:
*Sub quo, Militiam diu ſecutum,*
ALBERTI Duce *Pruſſiæ Magiſtro*
*Elegit* Marianus Ordo *Fratrem.*
*Poſthac præditus* Infulâ, Pedoq;
CHRISTI *pavit oves ſalubris herbæ*
*Monſtrans paſcua lætiora, Paſtor,*
*Ductu atq; auſpiciis tuis* LUTHERE.
*Factus deinde Maritus eſt, Paterq;:*
*Vitæ curriculo ſuo peracto,*

*Cœleſtem in Patriam receptus, Annos*
*Cùm ſeptem decies duosq; haberet.*
*Felix in gremio DEI quieſcit.*

Obiit Anno 1550 d. 28. April.

*MS. Montfortianum* hæc habet: A. C. 1550. Reverendiſſ. & Nobiliſſ. Dn. GEORGIUS à POLENTZ, SAMBIENSIS EPISCOPUS, qui, inter omnes totius Germaniæ Pontificiæ Religioni addictos Epiſcopos, *primus* à Papatu diſcedens, veræ Religioni ſe adjunxerat, d. 28 April. in verâ fide, & invocatione Filij DEI, placidè obdormivit, cùm vixiſſet Annos LXXII. Ejus Poſteri ampliſſimas ditiones in Superiori Pruſſiæ Tractu habent. Huic D. LUTHERUS dedicavit *Annotationes ſuas in Deuter:* Tom. III. Jenenſ. Latin. p. 75.

*A. C. 1524.* Hat dieſer Biſchoff den 25. *Decembr.* in der ThumKirchen geprediget/ welche Predigt auch dazumahl gedruckt/ und unter andern geſaget: Ich ſolte wol allezeit ſelbſt predigen/ aber ich kan daſſelbige/ aus mancherley Urſachen/ zur Zeit nicht thun: Ich habe an meine Statt verordnet einen verſtändigen/ und der Schrifft erfahrnen Mann/ *D. Iohann. Briſmann*, welcher euch Gottes Wort geprediget hat/ und förder predigen ſoll/ den wil ich auch ſelbſt nach Nothturfft verſorgen. Dieſen haltet/ ſampt den andern/ die euch auch Gottes Wort klar/ ohn allen Menſchen-Tand/ predigen. *Hæc vetuſt. aliud Mſcr.*

JOHANNES BRISMANNUS, qui in Pruſſiam venit An. 1522. *Præſes* fuit Epiſcopatûs, dicti jam Epiſcopi POLENTIS tempore, & obijt An. 1549. Anno peſtilen- II.

ſtilentiali. De quo ſic *M S. Montfortianum*: JOHANNES BRISMANNUS, *Cotbuſenſis Luſatus*, Theologiæ Doctor, & Lingvarum peritiſſimus, apud Regiomontanos *Primus Evangelicæ Doctrinæ Profeſſor*, & *Cniphovienſium Paſtor*, pòſt Sambienſis Diæceſis *Superattendens*, cùm jam eſſet Sexagenarius d. 1. Octobr. moritur An. C. 1549.

III. ANDREAS OSIANDER, VICE-PRÆSES, ab An. 1549. usq; ad Ann. 1552. quo obijt, in Vet. Oppido, d. 17. Octobr. Ætat. LIV., ut habent *M SS. & Bucholc. in Ind. Chron.* p. 575.

IV. JOHANNES AURIFABER URATISLAVIENSIS (qui habuit fratrem *ANDREAM AURIFABRUM*, *Medicinæ D.*) *Præſes* ab An. 1554. usq; ad Annum 1565. quo exceſſit, & evaſit è Pruſſiâ, antequam (quod odoratus erat) Commiſſarij Regis Poloniæ advenirent. Obijt *Vratislaviæ* An. 1568. d. 18. Octobr. Ætat. LI. menſ. VII. d. XVII. *Natus* fuit An. 1517. Menſe Feb. Fuit tunc Eccleſiæ Uratislavienſis Paſtor, cæterùm Religionis ſtudio, & totius Philoſophiæ, imprimis verò Matheſeos, & Lingvarum præcipuarum cognitione, clarus. *Bucholcer.* in Indic. Chron. p. m. 622. 623.

V. JOACHIMUS MORLINUS, WITEBERGENSIS SAXO, Theol. D. creatus Witeberg. An. 1540. d. 16. Septembr. ab Anno (ſecundùm quoſdam) 1567. electus

ctus Epiſcopus à Principe, & omnibus Ordinibus Ducatûs d. 8. Maji, ſecundùm *M S. Montfort*: *Quod & hoc habet*: Devenientes duo *incomparabiles illi Theologi* D. MORLINUS & CHEMNITIUS in Pruſſiam d. 29. Martij An. 1567., vigore Transactionis, cum Conſiliariis Illuſtriſſimi Ducis ALBERTI, negotium propoſiti ſui Literis peculiaribus *Illuſtriſſimo* perſcripſerunt eodem die: In quo ipſo, cùm *Celſitudo* ſua acquieſceret, ſtatim telam inſtituti, conſcribere ſcilicet *Corporis Doctrinæ Prutenici Repetitionem*, exorſi ſunt, videlicet 10. Aprilis. *Quod & porrò addit*: Eodem *Anno* de communi conſenſu omnium Paſtorum & Ordinum Ducatûs Pruſſiæ, in communi Conventu congregatorum, *Corpus Doctrinæ Prutenicum*, per DOMINOS, ad hoc opus accerſitos, D. JOACHIMUM MORLINUM, & M. MARTINUM CHEMNITIUM, conſcriptum, d. 28. Maij approbatum, & pòſt Typis excuſum eſt. (Eodem An. 67. zog den 11. Junij D. MORLINUS wieder von Königsberg/ daß er zu Braunſchweig wolte Urlaub nehmen. *Hæc M S. Müllers.*) Cæterùm d. 6. Septembr. Reverendiſſ. Dn. JOACHIMUS MORLINUS, SS. Theol. D. ſincerus, fidelis D. LUTHERI Diſcipulus, ſolenni modo per *Illuſtriſſimum Principem* ALBERTUM FRIDERICUM, PRUSSIÆ DUCEM, cum omnibus Ordinibus, ad hunc Actum accerſitis, in Templum deductus, à *Reverendiſſimo Dn.* GEORGIO VENETO, PRUTENO, SS. Theol. Doctore, & EPISCOPO POMESANIENSI, inauguratur Epi-



ſcopus

ſcopus Sambienſis, A. 1568. graviſſimè tunc temporis decumbente Seniore Principe Alberto, cùm ſuâ Ducissâ. *Hæc ibi. MS. Joh. Heupten* refert Inaugurationem ad d. 7. Sept. Manſit Epiſcopus usq; ad Annum 1571. quo, *in Vigil. Aſcenſ.* d. 23. Maji, circa 7. & 8., in præſentiâ M. Weidemanni, Morgensternii, D. Valerii Fiedleri, Filiorum ſuorum amborum, Joachimi & M. Hieronymi, Wolfgangi Affinis ſui, Dn. Johannis Ascensii, & M. Laurentii Cursoris, cùm per aliquot horas, ab XI. veſpertinâ, ad VII. matutin., in agone jacuiſſet, clauſis per ſemetipſum oculis piè obijt Ætat. LVII. & VIII. Septiman. (al. ſupra Menſem, 15. d.) cùm, fruſtra reclamantibus Medicis, ſectionem in Calculo Veſicæ attentâſſet Senex: *Bucholcer. in Indic. Chronol.* (qui tamen falſò ponit diem obitûs 13. Julij) & dictus *M. Curſor* in *Cal. Hiſtoric.* Ejus tale in *Templo Cniphoviano*, cum aſſignatione dicti diei, extat Epitaphium:

*MORLINI capiunt hîc Præſulis Oſſa quietem,*
*Pro CHRISTI vigilans qui Grege Paſtor erat.*
*Quàm ſibi chara ſalus Ovium, quis pectore Zelus*
*Extiterit,* tribus *hoc edidit* Exiliis.
*Viribus incubuit totis, ut Gloria CHRISTI,*
*Hæreſium preſſo turbine, ſalva foret:*
*Errantes patrio gemitu revocabat, acerbus,*
*CHRISTI blaſphemis hoſtibus, Hoſtis erat.*
*Pura* ter undenos *ubi dogmata tradidit* Annos,
Sambius, *amiſſâ Conjuge,* Præſul *obit.*

Hæc

*Hæc ibi.* Uxor ejus ANNA, eine gebohrne Cordusin/ obijt An. 1570. d. 3. Novembr.

Hoc Epitaphium ſcripſit VALERIUS FIDLERUS: Plenius autem extat in impreſſo *Epicedio*, quod ſuper Obitu D. MORLINI confecit. Nam ibi, poſt verſum *Errantes*, &c. ſequitur hic Verſus:

*Eloquio præſtans pectus perſtringere nôrat,*
*Qualis erat Zelus, Concio talis erat.*
*Pura ter undenos ubi Dogmata tradidit Annos,*
*Conſtanti CHRISTUM pectore faſſus obit.*
*Plurima perpeſſus mala Corpore, Pectore plura,*
*Cœleſtem Patriam totus adibat ovans.*
*Triſte ſui deſiderium, Lacrymasq́; reliquit,*
*Quos tangit laceri turba puſilla gregis.*
*Nunc gemit illa quidem raptum, ſed acerbiùs olim*
*Flebit, Amore, Fide, non habitura parem.*
*Iam ſibi cum CHRISTO communia gaudia ſperat,*
*Proferet optatum* Buccina *quando diem.*

TILEMANNUS HESHUSIUS, VESALIENSIS, natus An. 1527. d. 3. Novembr. De quo ſic D. MISLENTA in Manual. Pruten: In Locum D. MORLINI ſucceſſit D. HESHUSIUS, ex Academiâ Jenenſi, per Legatos Prutenicos, nomine totius Provinciæ, An. 1573. (al. 72.) evocatus, quò deveniens circa ſolennia Connubiorum *Illuſtriſſ: Ducis* ALBERTI FRIDERICI, d. 13. Novembr. inauguralem habuit Orationem de *Concordiâ*, eamq; Ordinibus, in Conventu Regiomontano congregatis, inſcripſit. *Hæc ille.* Primam VI.

*Lectionem* in Colleg. habuit eodem A. 73. d. 9. Novem. Primam *Concionem* habuit in *Templo Arcis* d. 18. Sept. An. 1573. (*teſte Montſ.*) Die verò 22. in *Templo Cathedrali*: in *Vet. Oppid.* d. 14. Oct. in *Löbnico* 18. ejusdē, cùm inauguratus eſſet d. 20. Sept. An. 1573. ſecundùm vetus *MS. Johann Heupten*, & d. 5. Septemb. circiter horam veſpertin. Regiomontum ingreſſus eſſet, ſecundùm *MS. Montfort.* Sub hoc Epiſcopo An. 1575. d. 23. Jan., ex plenario Conſilio, & conſenſu totius Miniſterij, ab omnibus omnium Civitatum Paſtoribus, ut & in Aulâ, nec non Templo Caimenſi, excommunicatus fuit N. N. Fuit *Sacramentarius*, qui errores ſuos, in Comitiis Raſtenburgenſibus, Provincialibus omnibus exhibuit: Vocatus ad D. Heshusium Epiſcopum, per duos verbi Miniſtros; & quidem Colloquij cauſsâ, noluit comparere, neq; ter ordinariè citatus. Manſit Epiſcopus usq; ad annum 1577. quo d. 6. Jan. Concionem in Templo Cathedrali habuit, & ſe rectè docere profeſſus eſt, licet compellatus fuerit, quòd erraret, uſus inſuper S. Cœnâ: Sed d. 14. Aprilis, in eodem Templo, ultimam concionem habuit, & pòſt remotus, per Fridericum Albertum, ab Officio Epiſcopali, remotionem Ei d. 27. April. intimante *Dn. Secretario* Enoch Baumgartnero, & Collega ejus Garcæo, d. 11. Julij Regiomonto diſceſſit navi, cum omnibus ſuis domeſticis, Lubecam peti-

petiturus, cùm pridie ejus diei, Regiomontum vocatus, ex Diæceſi ſuâ adveniſſet D. JOHANNES WIGANDUS, *Epiſcopus Pomeſanienſis*: unde pòſt abijt HELMSTADIUM, ſecundùm *M S. vetus* MOLLERI, ubi obijt An. 1588. Ætat. LXI. *Bucholcer.* in Indic. Chronol.

De quo IPSE ſic in Poſtillæ ſuæ Præfatione: Es hat JOHANNES WIGANDUS, der viel Jahr mein Collega geweſen/ und umb mein Bekäntnüß wol gewuſt/ mich außgehoben/ und hernach/ durch ſeine Scartecken/ für der gantzen Chriſtenheit mich beſchuldigen dürffen/ als ſolte ich neue/ frembde/ und falſche Lehre führen **von der Perſönlichen Vereinigung beyder Naturen in Chriſto JEſu:**

So wolle nun der Chriſtliche und Gottfürchtige Leſer/ nicht auff des Verleumbders Beſchuldigung urtheilen; Sondern auch mein/ ſo offtmals repetirtes/ Bekäntnüß anſehen. &c. &c. Hic HESHUSIUS, cùm per quadrantem Anni, MAGDEBURGI concionatus eſſet, ibidem d. 24. Martij An. 1661. Superintendens conſtitutus fuit, atteſtante *M S. Montfort.*

*SERIES SECUNDA*

## EPISCOPORUM POMESANIENSIUM
### ANTE REFORMATIONEM.

I. ERNESTUS ein Prediger Mönch ſtarb An. Ch. 1269.
II. ALBERTUS obijt Anno 1284. d. 26. Septembr.
III. HENRICUS, qui obijt An. 1302. d. 20. April.
IV. CHRISTIANUS, qui obijt An. 1305. d. 14. Decemb.
V. LUTKE vel LUDOVICUS, obijt An. 1322. d. 22. Auguſt.
VI. RUDOLPHUS, qui obijt An. 1333. d. 1. Julij.
VII. BERTOLDUS, qui obijt An. 1346. d. 28. Novembr.

VIII. ARNOLDUS, Frater Ordinis Teutonici, qui obijt Anno 1364. d. 29. Januar.
IX. NICOLAUS I. qui obijt An. 1376. d. 28. Octobr.
X. JOHANNES I. qui obijt An. 1409. d. 7. Martij.
XI. JOHANNES KINNAN, SS. Theol. D. qui obijt An. 1417. d. 4. Septembr.
XII. BERNHARDUS, alijs GERHARDUS, qui obijt An. 1427.
XIII. JOHANNES ab HEILSBERG, qui obijt A. 1440. d. 12 Maij.
XIV. CASPARUS LINCK, ex Chriſtburgo, qui obijt An. 1463 d. 28. Octobr.
XV. NICOLAUS II., qui obijt Regiomonti, A. 1471. d. 29. April.
XVI. VINCENTIUS KIELBASSA, Epiſcopus Culmſeenſis, Adminiſtrator in Pomeſan.
XVII. JOHANNES IV., qui obijt An. 1501. d. 10. April.

*Hæc M.* Schützen *Hiſtoria Rerum Pruſſicarum in Indice.*

*POST REFORMATIONEM.*

I. JOBUS à DOBENECK, VARISCUS, (*Ferreus, dictus à Riſenburg*) cujus Agnati adhuc Poſſeſſiones habent in Pruſſia ſuperiori, ab An. 1501. usq; ad Annū 1523. quo obijt: De quo dubitatur, num Lutheranæ Religioni addictus fuerit.

Poſt hunc dictus *M. Schützius* loc. allegat. inſerit *ACHILLEM CARDINALEM.*

II. ERHARDUS QUEIS, NOBILIS Boruſs. ab An. 1523. usq; ad Annum 1529., quo obijt *Sudore Anglico,* circa finem Anni. Hic ERHARDUS Pacem perpetuam inter D. SIGISMUNDUM I. *Pol. Regem*, & ALBERTUM *Ducem Pruſſiæ* An. C. 1525. initam, eodem Anno CRACOVIÆ, d. 9. April., cum Legatis Ordinum Pruſſiæ, approbavit. Preuſch Privilegien-Buch / *fol. 37.*

PAU-

PAULUS SPERATUS, à Rutulis, Svevus, III.
Theol. D. ab An. 1530. usq; ad Annum 1554. Is jam conſtitutus Epiſcopus ex *Inſula Mariana* Pruſſiæ Pomezanienſium hæc ſcripſit ad D. Johan: Brismannum: Sum *Ego in officio, nunc omnium laborioſiſſimo: tenet ſollicitudo commiſſarum Eccleſiarum, cui negotio vix Ego ſenex jam ſufficio, præligerem privatim vivere, ſi liceret. Expectabamus hic Te. Nam ſcimus diſplicere tibi Livoniam. Sed nobis non vivimus &c.* Obijt autem in dicta Inſula d. 13. Decembr. *M S. Montfort.* ſic: An. C. 1551. in Inſulâ Marianâ, Civitate Boruſſ. diem ſuum obijt *Reverendiſſ.* D. Paulus Speratus, *Pomeſanienſis Epiſcopus*, Vir Doctiſſimus, & Theologus præſtantiſſimus d. 12 Auguſt. Quod tamen *M S.* obitum etiam refert ad 2. Auguſt. *Bucholcer. in Indice Chronol.* refert ad 17. Septembr. dicitq; obiiſſe An. Ætat. LXX. p. 580. *Fuit Autor* piæ cantionis: Es iſt das Heyl uns kommen her/ ꝛc. *Oſiand. in Epit.* Eccleſ. Part. 2. cent. 16. p. m. 614.

JOHANNES DRACONITES, Carolostadius, SS. Theol. D. per annum unum, regreſſus in Germaniam: Qui obijt Wittebergæ An. 1566. d. 18. April. Fuit Theologus πολύγλωττος *Bucholc: in Indice Chronol.* pag. 617. *Intimatio Witebergenſis hæc habet:* JOHANNES DRACONITES, Francus, Vir Clariſſ. *qui ſecundùm formulam Sapientis Ebræi* ἐν ἀγαπήσει κεκοιμημένος, *heri* (*NB.* Programma Funerale publicè affixum fuit XII. Cal. Maij IV.

An.

BIBL. Z.N.IM. OSSOLIŃSKICH

An. 1566.) *ſub occaſu ſolis deceſſit. Hic prima Tempora ætatis ſuæ in ſtudiis Literarum, & Doctrinæ, conſumſit* Erfordiæ, *ubi & ſummos in his honores conſecutus eſt, & in Doctiſſimorum hominum familiaritate vixit, ex quibus nominare poſſumus* D. JUSTUM MENIUM, EURICIUM CORDUM, EOBANUM HESSUM, & JOACHIMUM CAMERARIUM, VV. Clariſſ. *& ibidem publicè & privatim cum laude docuit. Atq; inde in noſtram* Academiã *commigrans*, Doctor in hac Theologiæ renunciatus eſt, *ante Annos ab hinc* XLIII., *inter initia Inſtaurationis Doctrinæ Evangelicæ, An. Chriſti* M. D. XXIV. *Poſtea* Marburgum *accerſitus, in eâ* Academia *multos Annos ſacras literas docuit. Sed, quod DEO, diverſis in locis Eccleſiæ ſuæ, hujus* Viri *pietate & conſtantiâ uti placeret, ex* Cattis in Saxoniam *deductus, in præcipuis Civitatibus littoris Balthici, & viciniæ illius, Eccleſiæ operam navavit, & in* Megalopyrgenſi Terra *Civitati, & Scholæ Roſtochianæ, docendo inſervijt. Unde Illuſtriſſimus Princeps & Dominus* ALBERTUS, Dux Borussiæ, *eum ad ſe evocavit, & in* Sambienſi ditione *Eccleſijs præſidere voluit. Fuit hic Theologus & eruditionis copia, & quatuor Lingvarum peritiâ inſtructiſſimus*, Ebreæ, Chaldeæ, Græcæ & Latinæ, *& liberalis doctrinæ cauſſa, ad* ERASMUM ROTERODAMUM *aliquando excurrit, & proprer* Ebreæ & Chaldeæ *lingvæ ſtudium* PAULUM FAGIUM *ſectatus eſt, quo, non tantùm noſtra ætate, ſed multis retrò Annis, nemo vixit, qui illarum Lingvarum ſcientiam & uſum majorem ſe habere declarâſſet.* Hæc ibi. *Hujus tale* Witebergæ *in templo Parochiali extat Monumentum.*

JOHANNES DRACONITES D.

*Qui Vatum in foliis*, Christum, *& velamine Moſis*
*Quæſiit, Iſaciis fontibus ora lavans:*
*Luce* Draconites *clarâ jam conſpicit ipſum*
*Pleniùs, è vivo ſacraq; fonte bibit.*

PLA-

PLACIDE. IN. CHRISTO. OBDORMIVIT. JOHANN. DRACONITES. S. THEOL. D. DIE. XVIII. APRILIS. ANNO. M. D. LXVI. EGRESSUS. LXXII. ÆTATIS. ANNUM.

GEORGIUS VENETUS, Theol. D. Nobilis Boruſſus, ab A. 1567. *MS. Montfort.* ſic: Regiomontum d. 24. Jan. venit D. Georgius Venetus, Prutenus, vocatus ab Alberto Duce Pruſſiæ, & omnibus Ordinibus, ad Munus Epiſcopale An. 1567. Vixit usq; in Annum 1573. quo obiit *Liebmühlij*. Hic Epiſcopus in Examine (*Ordinandi*) d. 22. Junij *Primò* dixit: *Si* Pœnitentia *deberet eſſe vera, requiri quoq;* Tertiam Partem Pœnitentiæ, *& non eſſe contentiones movendas hac de materia: Quam ſententiam nemo aliquali Argumento refellere voluit. Sed* Dominus Epiſcopus *porrò dixit: Hanc Diſputationem motam fuiſſe tempore* Lutheri, *in publicâ Diſputatione, Aliis contendentibus, duas Partes eſſe retinendas, quia* Lutherus *ſolùm duas poneret: Aliis, tres eſſe docendas, quia* Philippus *tot adſtrueret. Sed reſponſum eſt: Eſſe excitatum, & ſine acerbitate Diſputantium, disſidium hoc eſſe ſedatum.* Secundò *dixit: In Converſione hominis gloriam omnem DEO attribuendam eſſe, quod velimus aliquid boni, Fidem accipiamus, & innovemur. Et quare non miſericordi DEO hoc opus acceptum ferremus? qui nobis ſuam gratiam libentisſimè largiri vult, & poteſt:* Sed tamen Luctam eſſe oportet: *DEUM non rapere nos obtorto collo*, ut Illyricus olim voluit. Ad hæc M: Tum Luctam ſequi, cùm homo eſt mutatus, regeneratus, & innovatus. *Cui Epiſcopus:* Hominem non eſſe truncum aut lapidem (Se non libenter ita

V.

 velle

velle loqui ) Eumq; invitum & coactum converti. *Cæterùm definitionem in Locis Communibus*, per ſe non poſſe ſubſiſtere, eamq; non eſſe PHILIPPI, ſed ERASMICAM. Eſt falſa, *inquit*, ſed addito bis hoc Appendice: *Salvâ tamen authoritate Philippi, tanti VIRI.* Dixit etiam *Epiſcopus*: Hominem non poſſe habere Remiſſionem Peccatorum, niſi adſit propoſitum DEO obediendi. Et cùm agitaretur *Quæſtio*: *An rectè dictum eſſet, Tres eſſe cauſſas Converſionis?* Reſponſum eſt, DEUM eſſe Efficientem, VERBUM inſtrumentalem, VOLUNTATEM Materialem, tanquam in Qua. Concluſum eſt non ſolùm ab Epiſcopo, ſed & à *Paſtoribus Veteris & Cniphoviani Oppidi*, ſic ſe rem habere. *Hactenus MS. Laur. Curſoris.* Hic D. VENETUS An. 1552. Officio Rectoris in Academiâ functus eſt, & die 12. Martij cum nobili Virgine ANNA ab *Eisleben* nuptias celebravit, ſecundùm *MS. Montfort.* Idem Copulationem Principum Dn. ALBERTI FRIDERICI & ELEONORÆ Juliacenſis Duciſſæ peregit An. 1573. d. 14. Octobr. *MS. Montfort. & Henneberg. Chron.*

VI. JOHANNES WIGANDUS, MANSFELD. Saxo, SS. Theol. D. An. 1573., cùm, per triennium, Profeſſionem primariam Theologiæ ſuſtinuiſſet, ſucceſſit menſe Octobri (al. 3. Novemb.) usq; ad An. 1587. quo obijt Liebemühlij, d. 21. Octobr. hor. VII. pomerid.

merid. Ætat. LXIV. ſepultus ibidem d. 6. Novemb. *Manual. Prutenic.* D. MISLENTÆ *hæc habet*: Dn9. D. JOHANNES WIGANDUS Exul, interveniente D. HESHUSII Commendatione, ad Profeſſionem Theologicam capeſſendam, *conſenſu*, & *ſuffragijs omnium Pruſſiæ Ordinum*, ex Germania vocatus, huc conceſſit An. 1573. ac circa *Ferias Luciæ*, auſpicium Profeſſionis ſuæ exorſurus, Orationem habuit de *Arcâ Noë*. Poſtea Theſes Diſput: propoſuit de *Eccleſiâ* ad 16. Decemb. donec tandem *Epiſcopus* fieret An. 75. *Hæc ibi. MS. Montfort. hæc habet*: A. C. 1575. Unanimi voce, d. 25. April., omnium Statuum Pruſſiæ, ad hoc convocatorũ, *Reverend.* & omni pietate *Excellens* D. JOHANNES WIGANDUS, primarius Theol. in Academiâ Regiomont. Profeſſor, eligitur *Epiſcopus Pomezanienſis*. Huic tamen Electioni, *præter conſvetudinem*, *non interfuerunt Senatores trium Civitatum Regymontis*, nec eorum audita ſunt ſuffragia. *Hæc ibi. Idem & hæc habet*: Die 2. Maji in præſentiâ *Illuſtriſſ. Principis* ALBERTI FRIDERICI, Ducis Pruſſiæ, & præcipuorum Conſiliariorum, Nobilium, & Civitatenſium, inthroniſatur *Reverendiſſ. & Pientiſſ.* D. JOHANNES WIGANDUS in Templo Cniphoviano, &, cum omni ſolennitate, confirmatur *Epiſcopus Pomeſanienſis*, *per* D. TILEMANNUM HESHUSIUM *Sambienſem Epiſcopum*, An. 1575. *Hæc denuò ibi.* Vixit

uſq; ad An. 1587. quo obijt, de quo ſic *MS. Montfort.* Die 21. Octobr. *Reverendiſſ. & Ampliſſ.* Dn. D. Johannes Wigandus, & ut metuendum eſt, *poſtremus Pomeſanienſis Epiſcopus*, qui in Controverſijs Eccleſiæ Chriſti multum profuit, placidè in verâ Chriſti invocatione, & verâ Confeſſione, expiravit, ad dimidiam hor. 2. pomerid., cùm ageret Annum ætat. LXIV. & in Miniſterio Verbi XLI. Annos verſatus eſſet, An. 1587. Ante obitum, *Ipſemet* ſibi hoc Carmen funebre compoſuit, quod *Liebemühlij*, in ſepulcro inſcriptum, ſic legimus:

*In CHRISTO vixi, vivo, moriorq;* Wigandus,
*Do Sordes Morti, Cœlica, CHRISTE, Tibi.*

Vide *Bucholcer.* in Indice Chronol. p. 693. referentem obitum ad 20. Octobr. Hujus Wigandi prima Conjux Eva obijt Liebmühlij d. 13. Julij An. 1577. cùm in Functione ſuâ Regimonti is eſſet. Inde An. 1578. d. 19. Octobr. ſecundas nuptias celebravit, cum Nobiliſſimâ *ANNA Filiâ, MARTINI à Sangvin*, relictâ viduâ *JOHANNIS à Bertelsdorff*, ſecundùm *MS. Montfort.* Sub hoc Epiſcopo An. Ch. 1581. d. 25. Junij Marchio Georgius Fridericus, *inter Nos*, (*inquit MS. Laurentij Curſoris*) qui D. Heshusium falſæ doctrinæ inſimulare, & accuſare non potuimus, & *Wigandiſtas*, qui nos antea, quod cōtra Conſcientiam noſtram, immeritum Heshusium, in cauſsâ Abstracti, con-

condemnare noluimus, ex Diœceſi Boruſſiæ, tanquā Hæreticos, Schiſmaticos, & Seditioſos (ſed ſine rei veritate & culpa, ut Judicium Eccleſiæ indicat) ejecerāt, & proclamarāt, per DEI gratiā, ut exiſtimamus, Pacem & Amniſtiā, poſt diſceptationes, toto die ultro citroq; habitas, conſtituit. *Illis* Reconciliatio, tanquam Parti lædenti, impoſita eſt: *Nos* eâ lege accepimus, ut agnoſcerent ſua peccata, *Nosq;* in principali cauſſâ gloriam Chriſti, & innocentiam Proximi quæſiviſſe, & ut conſcientiam liberam relinquant. *Si* quid autem, ex humanâ imbecillitate, ut fit, commiſiſſemus, ut nobis per Chriſtum remitterent, rogavimus. Verùm *in Formulâ Pacificationis* nos Parti lædenti miſcuerunt, quod portavimus, propter Pacem publicam: Sed tu DEUS noſti, qui nos preſſerint. Venia nos excepit Princeps, in quo modum exceſſit, ſed nō per contemtum, ô DEUS, tuorum Mandatorum: Remitte igitur per JEſum Chriſtum, & des Spiritum Sobrietatis, Modeſtiæ, & Fortitudinis. *Hæc ibi.*

*SERIES TERTIA*

## MINISTRORUM TRIPOLITANORUM

### I. PALÆOPOLEOS,

Cujus

FASTORES.

D. PETRUS AMANDUS, POMERANUS, teſte *Cramero* in Chron. Pom. lib. 3. p. m. 56. Ein hefftiger I.

und kühner Mann/ ab An. 1523. Dnc. I. Adventûs (h. e. d. 29. Novemb. ſecundùm *MS. Urbani Sommeri*) usq; ad 1524. quo diſceſſit ex Pruſſiâ in Pomeraniam *Stolpam* versùs, quò venit An. 1525. *Cramer. d. l. Hennenb. Chron.* p. 175. 213. An. 1531. obiit Goſlariæ: vide *Chytræj Saxo.* lib. 10. p. 254. lib. 11. p. 267. l. 10 p. 249. lib. 13. p. 333. *Lutherus* de hoc *Amando* ad D. *Briſmannum* An. 1525. Sabbatho poſt Purificationem ſcripſit: *Amandum abijſſe gaudeo.*

II. D. JOHANNES POLYANDER, ab An. 1525, usq; ad 1541. quo Apoplexiâ mortuus d. 18. Jan. Ætat. LIV. Natus 1487. Acceſsit hic Anno proximo poſt SPERATUM: Fuit quoq; in Synodo Raſtenburgenſi An. 1531. Vid. *Chytr. Vandal.* p. 78. *MS. Urbani Sommeri* dicit Eum mortuum 6. h. ante Miſeric. Dni. h. e. 29. Aprilis

III. CHRISTOPHORUS MEDICK (quem ſic vocat *Funccius* in Præfat. Chronol. p. 2. & *Benedict. Morgenſtern* in literis ad *D. Conradum Shlüſſelburgium*) qui docuit per Annos qſ. VI. ac Regiomonti obiit An. 1547. in vet. Oppido ſepultus.

IV. JOHANNES FUNCCIUS, NORICUS WERDENSIS, Natus An. 1518. (Func. 19.) d. 25. Febr. (al. 7.) qui ſucceſſit circa Autumnum, manſitq; per Menſes

XV.

XV. Poſtea ceſsit Officium *Oſiandro*, & migravit in Aulam. Venit in Pruſsiam d. 28. Octobr. An. 1547. quo die etiam XIX. Anno pòſt decollatus. *Schlüſſelburg. in Oſiand.* p. 1240.

ANDREAS OSIANDER, αὐτοδίδακτος, *Pruſsiæ horrendus Turbator*, per quatuor Annos. De quo ſic D. V.
WIGANDUS in ſuo *Oſiandriſmo*: *ANDREAS OSIANDER (natus in Oppido* Guntzenhauſen, *16. milliaribus diſtante à* Noribergâ, *Patre* Andreâ Hoſemann, *Fabro ferrario*) Interim *Cæſareum juſto Zelo recuſans amplecti, Norinbergâ in Pruſsiam ſe confert, ac Regiomonti Profeſſor Theol. Primarius in Academiâ, & Paſtor veteris Oppidi conſtituitur. Singulari autem favore* Ducis ALBERTI, *& eruditione ſuâ elatus, ſententias quaſdam ſuas peculiares*, de Imagine DEI, de Incarnatione Filij DEI, de Juſtificatione Hominis, *& alijs rebus, quas diu quidem animo conceperat, ſed vivo LUTHERO, quem, ut Heröa eximium, in Theologicis Controverſiis reverebatur, in lucem proferre auſus non fuerat, tandem in medium depromit, tum in Lectionibus, tum in Concionibus ad Populum. Cùm autem novitate Dogmatum nonnullos offendi animadverteret, res iſtas urget vehementiùs pro Concione, in Lectionibus, Diſputationibus, & Scriptis. Confidebat enim, ſeſe certâ victoriâ potiturum, ingentemq́ gloriam, ijs videlicet oſtenſis, quæ alia Eccleſiæ Chriſti Lumina non perſpexiſſent, coram toto Chriſtiano Orbe ſibi comparaturum. Sed dum novum quaſi in cœlum iter, nimis ambitioſè quæritat, altiusq́ aſcendere conatur, quàm pedes ferunt, caſu vehementi ignominiam ſibi indelebilem accerſit. Exorſus autem eſt Doctrinæ innovationem An. Domini 1549. d. 24. Octobr.* Hæc ille p. 1. Eadem, & alia, habet D. *Schlüſſelburgius in ſuo Oſiandriſmo* l. 6. p. m. 43.

43.. De quo & vide *D. Lucæ Oſiandri Epitomen Hiſtoricam* cent. 16. lib. 3. c. 1. p. m. 554. 555. Vixit ad Annum 1552. quo obijt d. 17. Octobr. circiter hor 4. pomerid., cùm cæpiſſet decumbere d. 2. Octobr. De cujus morte vide *Hennenb. Chron.* p. 181. 182. 183. Et *Indicem Chronol. Bucholcer.* p. 575. Et *D. Wigandi Oſiandriſmum*, qui hæc ponit: An. 1552. d. 17. Octobr. Oſiander *ex hac vita emigrat. De cujus obitu* D. Morlinus *in ſuâ Hiſtoriâ ſcribit, ſe quidem non ſcire quomodo ille obierit, Fæminam tamen, quæ adfuit morienti, dixiſſe*, ſe quidem ſibimet non optare ejusmodi mortem. *Videatur de Morte* Sleidanus *lib. 24. p. m. 787.* Vetuſtiſſimum M S. *de ejus morte & Sepulturâ hæc habet: A. C. 1552. d. 17. Octobr.* iſt der Ehr und Trewloſe *Antichriſt*, und aller ErtzKetzer Vater/ *Oſiander*, geſtorben/ und den *19. Octobr.* in der Kirchen Königsberg Altenſtadt begraben/ und hat alda *M. Iohann Funck*, eine erlogene Grabpredigt gethan/ wider ſein eigen Gewiſſen/ daß ſeines gleichen nie auff Erden kommen iſt/ noch kommen werde/ und er zum erſten ſolte das Erkäntnüß des wahren Wortes Gottes in das Land Preuſſen haben gebracht/ welches alles erſtuncken und erlogen iſt. *Hæc ibi. Johann Heupten MS. habet*: Er ſey mit dem Gericht auffgehoben worden. *Greger Mollers MS.* aber: Jhm ſey mit einem gifftigen Tränck-lein abgeholffen worden/ in D. Sabini Abends-Collation. Reſpondit triſti Osiandri morti, triſtis caſus Osiandriſtæ alicujus apud Noribergenſes, de quo ſic *MS. Montfort*: An. 1551. im Oſiandriſchen Weſen hatte der Oſiander auch ſeinen Anhang zu Nürnberg/ und ſonderlich einen Prediger/ genant Culmann. Derſelbige predigte Donc. Cantate von dem Spruch Joh. 16. *Vado ad Patrem*, auff gut Oſiandriſch.

Wie es ihm drauff ergangen/ das hat berichtet Hieronymus Beſoldus, Oſiandri Tochter Mann/ wenn er folgendes an Philippũ Melanchtonem geſchrieben: Culmannus *pro Concione Noribergæ defendit Oſiandri Dogma. Et cùm Evangelium de* Tranſitu Chriſti ad Patrem Oſiandriſticè *interpretatus fuiſſet, ex ſugeſtu,* poſt meridiem *deambulans, circa murum, concidit in Terram, facie ter illiſâ ſolo, ut ſangvine fœdaretur. Accurrunt homines, & quia ſurgere non poterat, deducunt illum domum. Interrogatus, quid ſibi accidiſſet, reſpondit:* Se conſpexiſſe hominem inuſitatæ proceritatis, cum atro & horribili cane, *eo conſpecto, ſe ita perterrefactum eſſe, ut in terram laberetur.* Hæc Beſoldus. Sepultus autem eſt *Oſiander* in Parochiali Templo d. 19. Octobr. in magnâ hominum frequentià, etiam *ipſius* Principis & Ducissæ *ANNÆ MARIÆ*. *Func.* in fine ſui Comment. ſuper Chronol. Rector Academiæ tunc fuit *D. Georgius Venetus,* ut Act. Acad. volumen habet p. 324.

M. JOHANNES FUNCCIUS, iterum ab An. 1553. usq; ad Annum 1566. quo decollatus in foro Cniphoviano. De quo ſic Wigandus *in ſuo Oſiandriſmo: Anno 1566. coram Commiſſariјs, à Rege Polonorum, in Pruſſiam, de componendis quibusdam Politicis Controverſiis, ablegatis, Status Pruſſiacæ Regionis,* M. Johannem Funckium, *& alios duos,* Matthiam Horſtium, & Johannem Schnell, *graviter accuſant,* quòd Duci Prussiæ in Politicis deliberationibus ſvaſerit, ut ex Pruſſiâ, cum Filio unico, ALBERTO FRIDERICO, migraret. Non enim ipſum habere, in totâ ſuâ Terrâ, vel unicum fidum hominem. Voluiſſe igitur Funckium Regionem privare ſuo Duce, & injuriâ atroci Status omnes, ſuâ calumniâ, affeciſſe: Omnibus malis conſiliis, quæ ad perniciem Regionis ver- VI.

 gunt,

gunt, interfuiſſe: Mandatum SCALICHII damnoſum compoſuiſſe: Principem in cauſſa Oſiandri ſeduxiſſe, & contra Subditos concitaſſe, ac Seditionem ſpiraſſe. *Coram Iudice* FUNCCIUS *teſtatur, ſeſe erráſſe in Religione, quod* Oſiandrij *Dogma defendiſſet, & ferè plus damni dediſſet, quàm ipſe* OSIANDER. *Magis quoq́; ſe hac in parte* PRINCIPI, *quàm DEO ſervijſſe fatetur, inſuper ſe in haſce Calamitates omnium maximè incidiſſe, quia, præter ſuam vocationem, Politicis negotijs ſeſe immiſcuiſſet.* Deniq́; Sententia profertur in Judicio Politico: *Quia* FUNCCIUS, *& alij duo, fuerint Perturbatores Patriæ, id quod ipſimet confesſi eſſent, ideò capite ipſos plectendos eſſe.* XXVIII. itaq́; Octobr. An. 1566. quo ante novendecim annos FUNCCIUS in Pruſſiam venerat, die videlicet *Simonis & Judæ*, in publico foro Oppidi Regiomontani, quod *Cniphof* appellatur, horâ diei undecimâ Capite detruncatur. *Hæc ibi. p.* 311. Vide & D. OSIANDRI Epit. Hiſt. Cent. 16. l. 3. c. 62. & *Bucholcer. in Indic. Chronol.* ad hunc An. p. m. 617. Annus diesq́; Cædis in hoc Verſiculo continetur:

*SIMonIs IIVDæ, SueL, FVnk, HorSt, Interiere.*

*Nota*: Judæ per duplex II. *Vid. D. Schlüſſelburg. de Oſiandriſtis* p. 245. Hic decollandus, pronunciaſſe dicitur hoc Diſtichon:

*Diſce meo Exemplo mandato Munere fungi,*
*Et fuge ceu peſtem* τὴν *Polypragmoſinen.*

*Eodem Bucholcer*: teſte loc. alleg.

*Intimatio Academica* quoq́; Nomen *Prætoris* illius temporis ponit hiſce: *Pater* (ALBERTI RAKAUEN) *Vir Conſularis*

*laris* JOHANNES RAKAU, *qui in illâ perturbatione rerum Pruſſiæ An.* 1566. *cùm novi Conſiliarij, juvenes partim, partim etiam curioſi, evertere res Prutenicas ſtuderent*, Prætoris *vices ſuſtinuit, & Sententiam Capitalem, ex* conſilio Legatorum Regiorum, *in tres illos*, Snellium, Funckium & Horſtium *pronunciavit, qui in foro Cniphoviano Capite truncati ſunt.* Hæc ibi.

M. CHRISTOPHORUS LONGINUS, vel LANGNERUS, ANNÆMONTANUS, ab An. 1567. usq; 1568. quo in Domino obiit d. 30. Jan. quo & Regiomontum venit. *MS. Johann Heupten* refert ad ſeq. diem *MS. Gregor Möllers dicit*, Er ſey über den Marckt von der Wiedem in die Kirchen getragen/ und begraben worden. VII.

M. PHILIPPUS CÆSAR, Patriâ OTTINGENSIS RHÆTUS, ab An. 1569. usq; 1576. in Majo. *MS. Gregor. Möllers hæc habet*: An. 1570. den 17. Maji hat die erſte Predigt in der Pfarr-Kirchen gehalten M. Philippus Cæſar. An. C. 1570. den 30. Maij hat D. Morlinus unſern neuen Pfarrern/ Hrn. Philip. Cæſarem in der Pfarrkirchen eingeſegnet/ do/ nebenſt dem Altar/ die Rahts und Gerichts-Perſonen geſtanden/ ſampt den andern Caplänen/ der als Geſtern die dritte Predigt gethan/ und vorhin der Gemeine nicht angetragen iſt. Hr. *D. Morlinus* ſagte in der Predigt: Wir ſolten nicht Leckerhänſichen ſeyn/ und ſagen: Ey dieſer redet zu gelinde/ Oder: Den mag ich nicht hören: Den andern kan ich nicht verſtehen/ ꝛc. *Item*: Wann ein Prediger fällt/ thut er gröſſern Schaden/ denn kein Teuffel thun kan. *Sed MS. Iohann Heupten hæc habet*: An. C. 1571. ward Philippus Cæſar Pfarrer in der Altenſtadt/ den Dienſtag im Jahrmarckt/ VIII.

marckt/ nachdem er ſeine Probpredigt gethan hatte am Dienſtage in Pfingſten/ welches war der 16. May. *Hæc ibi.* An. 1576. hat Hr. M. Philipp. Cæſar, in den Pfingſten ſeine letzte Predigt/ in der Pfarrkirchen gethan. Aber er danckete nicht abe/ ſondern der Hr. Biſchoff Heshuſius, und Hr. Wilhelmus Crüger an ſeiner ſtat/ und war ſchwer zu heben. Man beſchwerete ſich von allen Theilen/ man könte ihn nicht verſtehen/ und geſtand es auch der Herr Biſchoff. Er zog weg den 3. *Augusti*, ſpricht *Vetus MS. Greg. Möllers.* Hunc D. MORLINUS, Brunſvigâ Regiomontum rediens, ſecum adduxit, cùm *Superattendens* fuiſſet *Gottingæ.* Diſceſſit in Germaniam ſtatim poſt Pentecoſten.

IX. M. BENEDICTUS MORGENSTERN, STOLPENSIS POMERANUS, (natus An. 1525.) ab An. 1577. usq; 1588. quo abijt Grudentum, ubi cum *Dn. Johanne Zborovio* Capitaneo familiariter vixit per 10. an. Sed Regiomonti obijt in curâ Medicorum, An. C. 1599. d. 21. April. Ætat. LXXIV. Miniſt. 47. An. 1579. inter concionandum peſte fuit correptus, ita ut per aliquot Septimanas graviter decumberet, atteſtante *MS. Montfort*:

X. M. GEORGIUS HÖCKELIUS, ARGENTINENSIS, inſignis Concionator, & in Doctrinâ fidelis, ab An. 1589. usq; ad Annum 1592. quo ob inſignem levitatem, & vitam diſſolutam remotus ab Officio diſceſſit in Germaniam. Academia graviſſimè de eo conqueſta eſt hiſce: Eben dieß müſſen wir auch dem gnä-

digen

digen GOtt klagen / weil wir ohn alle unſere Schuld / und Ur-
ſach / von einem GEORGIO HÖCKELIO zum höchſten angegriffen an unſer Lehr und Profeſſion geläſtert / und mit den atrociſſimis injuriis, Schrifftlich und Mündlich / ſind an Glimpff / Ehre / Leumund / beleget / und bey männiglich in ein Verdacht gezogen. Wir zwar hetten vermeinet / es ſolte nach angeſtellter Klage / und ordentlichem Rechtlichē Proceſs die Sache vorgenommen ſeyn worden / aber da befindē wir / daß / eben pendente lite, HÖCKELIUS, parte non citata, & præſente, nicht eine Exception gebracht / ſondern vielmehr / wie ers intituliret, Apologiam, da er Controverſias Eccleſiaſticas diſputiret, gantze volumina von andern ausſchreibet / ſich in Geiſtlichen und Weltlichen Sachen zum Richter ſetzet / neue Subſcriptiones erfordert / und darzu die unerfindlichſten Calumnien, in allen Blättern / je mehr und mehr außgeuſt. *Hæc illa, ut habent Acta.*

CHRISTOPHORUS GRUNERUS, SCHNEBERGENSIS MISNICUS, Theol. D. ab A. 1593. Nam eo Regiomonti Typis *Oſterbergerianis* edidit *Concionem ex Eſ.* 7. quam An. 1590. Witebergæ habuerat, tum adhuc Magiſter & Diaconus, in quâ cauſſas ſuæ Remotionis ab Officio recenſet, ſubnexis plurimis aliis, notatu digniſſimis. Manſit in Officio usq; ad A. 1598. ex parte, quo ob Syrraxin Diaconalem Witebergam abiit, & pòſt obijt *Eislebij in Superintendentiâ Generali* An. 1606. XI.

M. CHRISTOPHORUS BENICIUS, REGIOMONTAN. ab An. 1598. usq; 1601. quo d. 22. Octob. in nocte obiit ætat. 56. XII.

M. FABIANUS WEIS, ST[illegible]ENSIS SILESIUS, XIII.

ab An. 1602. in vere, per annum dimidium, quo obiit d. 30 Julij circa 3. pom. morbo ἐπιδημίῳ, ætat. XLIV. (natus A. 1558.) cùm docuiſſet Eccleſiam per XVII. Annos. *Valuit Memoriâ ad Stuporem usq; & fuit homo induſtriâ incredibili. Intimat. Academic.*

XIV. M. GEORGIUS CIEGLERUS, REVALIA LIVONUS, natus An. 1551. die Purificationis, introductus *per D. Pouchenium* An. 1602. d. 22. Junij (al. 31. Julij) ſuperatâ Peſte. *Emeritus per* Senatum Palæopolitanum *declaratus An. 1621. d. 25. Febr. & An. 1626. ultimò* Cœnâ Dominicâ *cibatus, tandem* in Löbnico, *apud filiam An. 1633. d. 22. Febr. obijt, cùm, diminutâ prius facultate ſenſitivâ, nec obitum Conjugis, aut calculi dolores, fluxus oculorum, aliosq; affectus, quibus laborabat, nec ipſam deniq; mortem ſenſiſſet. Sepultus fuit d. 27. Febr.*

XV. BERNHARDUS DERSCHOVIUS, REGIOMONT. BORUSS. SS. Theol. D. ab An. 1621., quo Dom. Oculi, ſolenni ritu, per D. JOHAN. BOHEMUM introductus fuit: Qui obiit d. 13. Martij An. 1639. circa 1. matutin. ætat. 48. Miniſter. 18. ann. Sepultus fuit d. 16. Martij.

XVI. M. MARTINUS WOLDERUS, PASEWALCENSIS POMERAN. ab An. 1639. d. 3. April. introductus à D. MISLENTÂ, Dom. LÆTARE, ad hoc tempus, quo hæc ſcribuntur. Qui obiit An. 16[57] ætat. ministerij XXXVII

d. 27 Jun. circa XI vespere

DIA-

XVII. M. Andreas Colbovius Regiom. ... anno 1658

# DIACONI.

PAULUS POLE, qui allegatur ab *Hennenbergero* I.
in Chronico Pruſſico, de quo præter Nomen nil notũ.

FRANCISCUS FREUDENHAMER, *homo* II.
*Blaſphemus*, ab An. 1549., qui Apoplexiâ tactus d. 29. Martij, obiit d. 29. (al. 25.) Maji, An. 1552. De quo vide *Hennenb.* p. 182.

MICHAEL STANGE, FRIDLANDENSIS BO- III.
RUSSUS, ab An. 1559.

PETRUS GROSs. Nam de eo extat Carmen ali- IV.
quod, cujus Titulus talis: *Epithalamium in Nuptiis Stegeri*, & caſtæ Virginis *Potentiæ*, Venerandi Dn. PETRI GROSS veteris Oppidi Regiomontis Diaconi Filiæ, authore *Valentino Schreckio* Aldenburgenſi An. 1560. d. 13. Cal. Junij.

M. JOHANNES BOCHMANNUS, JENENSIS V.
THURINGUS, ab An. 1564. & ſeqq. qui diſceſſit An. 1568. Gedanum, & poſtea Elbingam, ubi obiit An. 1604 *Aliud MS. hoc habet:* An. 1570. den 11. Junij danckte M. Johann Bochmann in der Pfarrkirchen abe/ und zog den 19. Junij von hie weg. Die Woche/ nach dem 8. Octobr. iſt Johannes Lüdke von Raſtenburg alhie Caplan worden/ an des Johannes Statt.

M. JOHANNES LIEDKE (al. *Liedicius*) ab An. VI.
1571. De quo ſic *MS. Greg. Möllers*: An. 1571. den 13. Maji iſt M. Johannes Lüdke Altſtädtiſcher Caplan, mit ſei-

nem

Gerätlein/ Weib und Kind/ von Königsberg gezogen/ iſt kaum ein Jahr Caplan geweſen/ der Raht hat ihm 30. Tahl. verehret. Ihm ſuccedirete Hr. Wilhelmus Crüger, ſo von Gerdawen ankam/ und geprediget hatte/ den 10. April. *Hæc illa*.

Dieſem Liedken ſind folgende Artickel vom Hn. Morlino Biſchoffen vorgeleget den *16. Febr. An. 1571.* (I.) Hat M. Liedicius die *S*ynergiam in Philippi Locis Comm. im Convivio, bey Hrn. *S*ecretario Enoch, entſchuldiget. (II.) Hat jhn der Biſchoff/ in dreyer Pfarrern Gegenwart fürgenommen/ freundlich und Väterlich alles widerleget/ und jhn unterwieſen/ und gehoffet/ es ſolte ſolches groſſen Nutzen bey jhm gehabt haben/ weil ers doch nicht verantworten konte. (III.) Hat Er den Sontag des *Advents*, ungeachtet der vorigen Vermahnung/ den Handel auf die Cantzel gebracht und fürgegebẽ/ Es ſey nicht ſo ein gefährlich Ding umb die *S*ynergi, wie man ein Geſchrey davon machte: Uns (ſprach Er) die wir das 3te Stücke ſtreiten/ ſchilt man vor Synergiſten: Die aber wider die Synergiſten ſtreiten/ ſind ſo klug/ daß ſie Graß hören wachſen. (IV.) Iſt Er hierüber den 11. *Decembr. hor. 9.* in Gegenwärtigkeit aller Kirchen-Diener/ vom Hrn. Biſchoffe wiederumb vorgenommen. Da hat Er ſeine Predigt nicht allein geſtanden/ ſondern auch die Definition: Liberum Arbitrium eſt facultas ſe applicandi ad gratiam: Ja die Tres cauſſas concurrentes Converſionis in den Locis Philippi verthädigen wollen. Und weil er über alle ſtarcke Widerlegungen/ und Väterliche Vermahnung/ halßſtarrig blieben/ ſo hat der Hr. Biſchoff jhm außdrücklich geſaget: So er ſolche Irthümer außgiſſen wolte/ konte er wol leiden/ daß er ſich an Oerter begebe/ da man jhn gern hette: in ſeinem

Biſchthumb

Biſchthumb wolte er ſolche Jrthumb / welche ſtracks wider das Corpus Doctrinæ weren/nicht leidẽ: Do er auch wieder kåme/ wolte er nach der Vorrede Repetitionis Corporis Doctrinæ ſich halten / und ſeines Ambts wider jhn gebrauchẽ. (V.) Hat Er unſere Lehre vor eine Neue Enthuſiaſterey geſcholten / und mit dieſen Calumniis wollen verdåchtig machen: Die Newen Enthuſiaſten nehmen dem Wort alle Krafft/ lehren / daß wenn uns GOtt ſein Wort ſchon predigen låſſet/ ſo bleiben dennoch die Leute Stöcke und Klötze/ das iſt/ eitel Narrheit. Item, Die Leute widerſtreben Gottes Wort: Jch ſage Nein/ Die Leute können Gottes Wort wieder annehmen / wenn es geprediget wird. *Hæc Acta Liedicjana.* Hic eodem Anno d. 4. Aprilis Epiſtolam perſcripſit ad M. PHILIPPUM CÆSAREM, Paſtorem Vet. Opp. in quâ illa Dogmata defendit. Tandemq; Confeſſionem prolixam edidit, *ſed fruſtra.*

DANIEL MAAS, ex Pago Pariſienſi huc vocatus, An. 1569 qui diſceſſit Lubecam An 1574. d. 18. April. *Vetus MS. ſic*: An. Ch. 1569. den 7. Febr. hat Hr. DANIEL MAAS die erſte Predigt in der Pfarrkirchen gethan/ und den 6. Martij die erſte Meſſe geſungen/ den 18 Aprilis im 74. Jahr die Letzte. Nam d. 20. April. D. HESHUSIUS ipſum Cathed. Eccleſ. ad 4. Septiman. removit, propter malè adminiſtratum, Fœminæ alicui, Sacramentum, quod tamen negavit factum. Fortean indignabundus diſceſſit, quod factum d. 21. Julij, cùm docuiſſet V. ann. & 12. Septimanas. VII.

WILHELMUS CRÜGERUS, ab An. 1571. d. 14. Maji. VIII.

IX. M. GEORGIUS SCHÖNFELD, ( priùs An. 1570. d. 19. Maji per Epiſcopum MORLINUM, & *Senatum Vet. Oppidi* conſtitutus Scholæ Rector ) ab An. 1574. ~~d. 22. Auguſt~~. jam per D. VENETUM ordinatus
et in Templo Cathedrali, & confirmatus in Diaconatu d. 23. Auguſt. pridie *Bartholomæi* à D. TILEMANNO HESHUSIO. Hic SCHÖNFELD An. 1578. in die *Diviſionis Apoſtolorum*, fuit ab Officio remotus, quòd HESHUSIUM damnare nollet. Fuit autem dimiſſus honeſto Teſtimonio Senatûs. *Anno eodem* d. 25. Auguſti, qui erat dies Lunæ, poſt *Bartholomæi* feſtum, baptiſavit GEORGIUS SCHÜTZIUS, Diaconus, hujus M. GEORGII SCHÖNFELDII, tum in Exilio viventis, & vacuas ædes Parochiales, in Cniphof, per conceſſionem Senatûs, inhabitantis, Filium *Primogenitum Georgium*, fundatorem honeſtiſſimi STIPENDII, quod etiamnum, in *Curia Cniphoviana*, pijs uſibus deſtinatum, hæret. Poſt præfectus fuit *Eccleſiæ Fürſtenwaldenſi*, prope *Viſtulam*, & *Hövet*. Hinc An. 1584. d. 16. Octobr. factus *Paſtor Hollandinus*, ubi obijt An. 1588. circa Feſtum Bartholomæi, Tempore Peſtis, ætat. XLVIII.

X. M. PETRUS MARTINI, POMERANUS, qui obiit An. 1586. d. 9. April. d. Saturni ante *Quaſimodogeniti*.

X. CHRISTOPHORUS HEMPELIVS, Regiom. Bor. ex Diaconatu Löbnicenſi ad Paſtoratum vocatus anno 1621. uſq; ann. 1631. quo obiit 17. Januar. circa XII. merid. ætatis LIX. Miniſterii 32. ann. & 6. ſept. ſepultus d. 19. Jan., cùm ultimò Concionem ipſo Nativitatis Dominicæ die Ann. 1630. habuiſſet. Et hunc *D. Johann. Behm.* introduxit d. 13. Aprilis, qui erat fer. 3. Paſchatos.

XI. M. FRIDERICVS STIMERVS, Bartenst. Bor. ex Paſtoratu Welovienſi huc veniens d. 6. April. cùm 16. Martii Concioẽ ξενικὴν in Aulâ habuiſſet, intuitu ſecuturæ hujus vocationis in Löbnicum, ad Paſtoratum: Inde introductus d. 21. Aprilſ. 11. fer. Paſchatos, ab An. 1631. uſq; ad A. 1650. quo obiit d. 11. Junii, circa 2. pomerid. ætat LXVIII. Et hunc introduxit *Johann. Behm. D.* Hic *M. Stimerus* An. 1639. inau-

guravit d. 11. Novemb. modernum, novum ſuggeſtũ Löbnicenſe, quod *Paulus Ecklofius* extrui fecit. Quod & *Weloviæ* fecerat anno 1609. die 8. Octobris Cathedræ, quam *Sophia, Baroniſſ. de* Kitlitz/ extruxerat. Habuit Eccleſia Löbnicenſis ab anno 1527. (ab eo enim tempore in ipsâ fuit purè prædicatum Evangeliũ) XI. Paſtores, inter quos nemo ultra 13. an. docuit: Hic verò *Stimerus*, per DEi gratiam 20. annos Paſtor fuit, & 31. Perſonas ad Miniſterium ordinavit.

M. JACOBVS BOLIVS, ab anno 1650. quo d. 22. Jul. ad Paſtoratum vocatus fuit: qui Dn. 11. poſt Trin. Concionem probatoriam habuit, & Dn. VII. per *M. Martinum Wolderum* introductus fuit obiit An. XII.

M. DAVID. DARGATZ, GRYPHEN. POM. ab An. 1654. ex Bladiaw evocatus, & per *M. Jacobum Bohliũ* Dn. Cant. introduct. XIII.

*DIACONI.*

MICHAEL THIEL, per annos plures, ſcil. ab Año 1548, usq; ad ann. 1558. quo obiit 17. Januarij (al. 19.) ante hor. XII. merid. Subſcripſit hic Anno 1554. die 19 ſeptembris Synodo Regiomontanæ. I.

Huic Succeſſorem voluere Löbnicenſes HENRICUM SCHONHUT, *Francofurtenſem ad Mœnum*, Virũ juvenem, & probũ, qui ſe hactenus exercuiſſet Concionando, tam in Templo Löbnicenſi, poſt mortem Dn. MICHAELIS, quàm Cniphoviano. *Princeps*, eadem die prohibuit Electionem, & promiſſit Virum Seniorem, & Doctum (*Oſiandriſtam* ſuâ opinione): Die 22. Januar. *Curatores Eccleſiæ* ad Dn. *Præſidentem* ivere, rogantes,

gantes, ut Perſonam, non ſuſpectam, ſibi Diaconum dare vellet. Die 29. Jan. Princeps præſentavit, (hat vorgeſchlagen) Paſtorem Quednavienſem & Grunavienſem. Die ult. Jan. denuò cœtus Löbnicenſis HENRICUM elegit, & ſupplicationem, eo nomine ad Principem confecit, quam d. 3. Februar. exhibuerunt. Die 11. Febr. Princeps reſpondit, & denuò HENRICUM rejecit, allegans tres cauſas. Die 12. Febr. *Senatus*, cum toto Cœtu, Electionem Diaconi ad Principem devoluit. *Princeps* d. 20. Febr. ſvadet, ut ad ſe vocent *Paſtorem Quednavienſ*, die futuro veneris concionaturum, & dijudicandum ſuper Doctrinâ, in præſentiâ Paſtoris, proſpiciendum quoq; de Salario. Die 23. Febr. PETRUS HEGEMON, Paſtor, PETRO FUCHSBERGEN (Oſiandriſtæ), qui Scriptum Principis exhibuerat, diſſvaſit Electionem *Paſtoris Quednavienſis*, quod ſuſpectus eſſet Cœtui, narrans ſimul, qui in ſuſpicionem devenerit. Concio probatoria habenda d. 25. Febr. dilata in d. 27. Febr. quâ habita, in Veſperâ Dn. *Invocavit*, in quâ magis in ſuſpicionem Oſiandriſmi devenit. Die ult. Feb. Cœtus, coram Senatu, denuò ſuſpicionem Heterodoxias allegavit, ſed poſt multam concertaionem, omnem rem Paſtori, ratione Electionis, permiſerunt, & ad eum devoluerunt. Die 1. Martii *Senatus* ad d. HEGEMONEM venit, ſed devolutionem tacuit, & unanimem Cœtus Electionem *Quedenovienſis* prætendit, & ipſius voluntatem percontatus eſt. Qui diſſimulans cœtûs Propoſitionem, & denuò quidem de ſuſpicione injiciens, tandem dixit, ſe rem cum Dno Præſidente communicaturum. *Præſes* reſpondit, quod ex duabus, coram Principe agitatis, actionibus Paſtoralibus intellexerit, quòd *Oſiandriſta Paſtor Quedenovienſis* non eſſet, velle tamen eum ad D. HEGEMONEM mittere. Die 2. Marti Paſtor Quedenovienſis ad D. HEGEMONEM venit, & ſanctiſſimè ſe de crimine *Oſiandrismi* purgavit, ut D. HEGEMON contentus fuerit, & conſenſum in Officium declararit. Hinc 4. Martii actum de Salario, LIV. Marcarum, augendo, cujus cauſâ Paſtor Officium recuſavit. Prin-

ceps eo nomine ad D. *Hegemonem* reſcripſit, cujus initium ſic: Wir bezeugen mit GOtt/ lieber Hr. Gevatter. &c.&c. D *Hegemon* negotium ab Senatum retulit, qui denuò recuſavit auctionē. Tandem de Salario d. 8. April conventum: Sicq; Paſtor factus

ERHARDUS SPERBER, SEGEBERGENS. THÜR. ex *Quedeno* huc vocatus, ab anno 1558. Feſto Paſchatos, d. 10 April. usq; ad ann. 1561. quo diſceſſit *Gedanum*. Tandem obiit in Paſtoratu *Weloviano* Ann. 1608. d. 29. Martii, Ætat. 79. II.

URBANUS MEJER, BARTENST. BOR. ab anno 1559. Dnn. Lætare. Hic ann. 1567. ſubſcripſit Corpori Doctrinæ. Anno 1574. diſceſſit in Judæ-Kirch, ubi obiit anno 1615. Menſ. decemb. ſepultus Ao. ſeq. d. 8. Jan. Fuit per 16. Ann. Diaconus Löbnicenſis, 44. ann. in Judenkirch: Fuit quoq; Cantor V. O. III.

NICOLAUS SOLEA, ab ann. 1561. & ſeq. IV.

JOHANN. BREDERUS, POMERANUS, ex Rectoratu Welov. huc vocatus; obiit hic peſte an. 1564. V.

LAURENTIUS FABRICIUS, qui ſubſcripſit Corp. Doctr. Prut. ann. 1567. poſt diſceſſit ultra Gedanum duo mill. Ann. 1569. d. 6. Novemb. ibi factus Paſtor. VI.

M. GEORIUS SCHEPLERUS, POLTZIN. POMERANUS, qui anno 1569. d. 17. Novē. Tilſa Regiomontum venit, factus Ao. ſeq. 70. Diaconus Lönicēſis usq; ad ann. 77. quo arcebatur ſuggeſto, d. 5. Aug VII.

& poſt diſcedebat, Paſtor Hollandinus factus d. 23. Februa. an. 79, ubi in Paſtoratu obiit ann. 84. d. 5. Aug. ſecundùm *MS. Joh. Heupten.*

VIII. M. CONRADUS SCHLÜSSELBURGIUS, Saxo Schaumb. ab anno 1574. usq; ad an. 1579. Eo anno die 13. Julii, quòd Decretum & Mandatum Illuſtriſſ. Principis March. GEORGII FRIDERICI, per omnia non approbaret, ab Officio per Conſiliarios Aulicos, abſente Principe, remotus fuit. Poſt multam Löbnicenſium interceſſionē, cùm nil impetrare poſſent, Eum Illi dimittunt d. 5. Aug. Qui die 18. Auguſti diſceſſit Regiomonto in Germaniam, poſtea Theolog. D. & Superattendens Stralſundiæ factus, ubi obiit AO. 1616.

IX. M. JUSTUS HEDIO (poſtea Paſtor im Löbnico) Per biennium ab anno 1577.

X. M. JOHANNES LEUCORHODIUS, Winnidens. Thüringus, (poſt Paſtor in Lœbenico, ut ſupra) ab ann. 1579. usq; ad ann. 1589. ex Diaconatu *Raſtenburg.* vocatus, ubi per IX. annos fuit. Diſceſſit hinc *Hollandium*, reſignans Officium ſuum X. añorum d. Pentecoſtali, qui erat d. 18. Maji concione veſpertinâ.

XI. M. CHRISTOPHORUS BENICIUS, Regiom. Borus. ex Poſtnico huc vocatus anno 1579, factus Diaconus ipſo Natalitio feſto, qui diſceſſit in Cniphovium

vium Anno 1586. Obiit tandem in Paſtoratu Vet. Oppid. ann. 1601.

BARTHOLOMÆUS ESWORM, Schiffenb. ab Ann. 1585. (Raſtenburgo veniens) usq; ad ann. 1589. die 1. Julii, quo hic peſte obiit. Concionem Funebrem ei habuit *M. Benicius.* XII.

MICHAEL PESERITIUS, Bartenst. Bor. ex Memel. Diaconatu huc vocatus, ab anni 1589. die 10. Novem. usq; ad ann. 1591. Obiit in Paſtoratu Memelenſi, ann. 1595. (al. 92.) XIII.

CASPARUS FRISCHHEINTZ, Dresden. Misnicus, ex Salovia huc vocatus, ab anno 1579. (al. 89) usq; 1602. quo hic Peſte obiit, d. 4. Septem. Ætat. LII. XIV.

CHRISTOPHORUS MYRAU, Regiom. Bor. ab anno 1591. 18. Trinit usq; ad ann. 1598. quo diſceſſit in *Leuenhagen Truchſeſiorum*, & poſt Exul obiit in Tragheimio anno 1617. XV.

CHRISTOPH. HEMPELIUS, Regiom. Bor. (poſt Paſtor in Lœbnico) ab ann. 1598. menſ. Decemb. usque ad ann. 1621. menſ. April. XVI.

HARTUNGUS CROBORNIUS, Thuringus, ab ann. 1602. d. 26. Septemb. usq; 1633. d. 24. Mar. quo hic obiit, Ætat. 57. & 8. Septiman. An. 1620. fuit Miniſterio Lœbnicenſi Adjunctus, in Peſte, *Gabriel Friſchheintz*, qui obiit eodem Anno. XVII.

GEOR-

XVIII. GEORGIUS WERNERUS, Holland. Bor. ex Rectoratu Scholæ Patriæ huc vocatus, ab an. 1621. menſe Majo, usq; ad A. 1643. quo obiit d. 15 Julii.

XIX. M. CHRISTOPHORUS SCHULTZ, Regiomont. Borus. ab ann. 1633. menſ. Majo, usq; ad An. 1640. menſ. Octob. quo diſceſſit in Vet. Oppid. ad Diaconatum.

XX. M. GEORGIUS BODENDORF, Leuenst Borus. ab anno 1640. (Intimatio habet 1639.) die 25 Novembr. usq; ad ann. 1656. quo obiit Peſte, die 27. Octob. circa mat. 6.

XXI. M. JOHANNES HUNDIUS, Misnensis, ab An. 1643. die 3. ſeptemb. usque ad ann. quo obiit

XXII M. STEPHANUS GORLOVIUS, Borus. PP. Hebr. & Orient. LL. ordinatus per M. Jac. Bolium Paſt. Cniphov. & introductus per M. *Davidem Dargatz, Paſt. Löbn. Dom.* III. Adv h. e. 17. Dec. A. 1656.

*PERTINET HUC ETIAM COENOBIUM MARIÆ, ET XENODOCHIUM MAIUS, Intra Muros Löbnicenſes, fundatum à Sereniſſ. Pruſſiæ Duce Anno* 1531. d. *Martis poſt S. Kiliani*

*PASTORUM* in fundatione ejus nulla fit mentio, quia egeſtas Pauperum peculiarem Paſtorem non admittebat, & illi Verbum DEI, in *Templo Löbnicenſi* audire poterant, cujus *Diaconi* etiam ægrotos viſitarunt, uti in ſpecie Ao. 1571., in defectu Paſtoris, ibidem Officij Partes, concionando, & aliis ſacris actionibus, adminiſtrarunt. FUERUNT AUTEM SEQUENTES:

HENRICUS SCHÖNHUT, Francofurtens. I.
ad Moenum, ab Ao. 1550. usq; ad Ann. 1558. Dom. XIX. poſt Trinit. MS. Montfort. ponit, quòd per æſtatem ſolùm Paſtor fuerit, & à Principe Alberto I. inſtigatu Oſiandriſtarum, propter egregia concionandi dona, & populi applauſum, ex omnibus tribus Civitatibus remotus, d. 18 Octobr. diſceſſerit. *Idem* MS. Montfort. ponit adhuc alium Henricum Hacken, qui paſtor fuerit in Xenodochio An. 1552. hæcq́; ſequentia habet: A.C. 1523. d. 3. April, iſt der Sontag vor Palmen/ hat der Blinde Hr. Henrich Hacke/ umb 12. Uhr/ im Hoſpital offentlich geprediget/ und frey herausgeſagt/ Wenn Chriſtus hundert Tonnen Bluts vergoſſen hette/ ſo kunte es uns nicht zur Seeligkeit helffen/ dazu auch ſein Leiden/ Sterben und Blutvergieſſen wehre nichts werth/ es hielffe uns nicht etc. Allein wir ſolten uns auff die bloſſe Perſohn Jeſu Chriſti halten/ und uns nicht davon reiſſen laſſen/ und wer es uns anders lehrt/ der Lüge es wie ein Schalck/ und Böſewicht. Darauff hab ich David Tegetmeyer/ von Schreckens wegen/ Jhm nicht können antworten/ wie ich gerne wolte/ habe müſſen ſtill ſchweigen/ aber in meinem Hertzen gedacht/ du leugſt es ſelber etc. Wie ich aber aus der Kirche ſey gegangen/ hab ich den Alten Hegendorff gefraget/ wie Jhm die Predigt geſiele? hat er geantwortet: Sehr wol. Drauff hab Jch geſagt: Er wehre nicht werth/ daß Er den Dieben/ Schelmen und Bößwichten ſolte Predigen/ Jch geſchweige Ehrlichen Leuten/ (etc) bin alſo auch von jhm gegangen. Diß bekeñe ich bey meinen Ehren und Trewen/ alß ein Unwürdiger Diener Gottes/ ſo wahr alß Gott Lebt/ daß Jch ſolches von Hn. Hacken ſelbeſt gehört

habe. David Tegetmeyer, Rigensis, Auff dieß Teſtimonium hat Hr. Hake ſich gegen die Vorſteher alſo erkläret/ daß Er geſagt hette: Wenn der Saamen Abrahæ/ der ſich ſelbſt vor uns geopffert/ nicht wahrer Gott geweſen wehre/ ſo hülffe es uns nichts/ wenn Er gleich hundertmahl von einer Jungfrawen gebohren/ und wann Er hundert Laſt Blutt vergoſſen hette/ und hundert oder Tauſent Tode geſtorben wehre: Aber daß bringet uns den Sieg/ und den Seegen/ vber Sünde/ Todt/ Teuffel und Helle/ daß der Saamen Abrahæ/ der Sich vor uns geopffert hat auch wahrer Gott iſt. Daß mercke/ daß Chriſtus wahrer Gott und wahrer Menſch iſt/ der iſt unſer Leben/ Liecht/ Gerechtigkeit und Seeligkeit etc. Darumb mus man auff den Chriſtum ſehen und nicht allein auff ſein Blutt/ Leiden/ und Todt: Es iſt wol das Mittel/ dadurch Er uns erlöſet/ mit Gott dem Vater verſühnet/ Fromm/ Gerecht und Seelig gemacht hatt. Alſo hab Ich allezeit geprediget/ und wenn Gabriel vom Himmel anders Predigte/ wolt Ich ſagen/ Er löge es. *Hæc ille.* Hoc non attento, haben die Vorſteher Ihm daß Predigen geleget/ aber Oſiander hats unternommen.

II. JOHANNES MOLITOR, ab Ao. 1558. usq; ad Ann. 1562. quo obiit d. 1. Julii MS. Joh. Häupten.

III. JOHANNES N. (qui quondam Sutor fuerat) per aliquot menſes, qui, nuptiis hic celebratis, diſceſſit in Leunenburg, quod factum Ao. 1563.

IV. BARTHOLOMÆUS SUNTAG. De quo vetuſtiſſimum MS. Jacob Quanten ſic: Ao. 1565. Hat mir Jacob Quanten der Würdige Herr Bartholomæus Süntag/ Prediger im groſſen Hoſpital im Löbenicht/ geſchencket uñ verehret die Haupt-Artickel Chriſt-

licher

licher Lehr zuſammen gezogen durch Philippum/ in latein genant Loci Communes &c. *Hæc ibi.*

JOHANNES WOYSER, ab Ao. 1564. usq; ad Ann. 1570. qui Ao. 1567. ſubſcripſit Corpori Doctrinæ Prutenico. V.

GEORGIUS N. qui diſceſſit Ao. 1571. poſt cujus diſceſſum M. GEORGIUS SCHEPLERUS, & M. CONRAD SCHLÜSSELBURG. Diaconi Löbnicenſes, laborem Miniſteralem in ſe ſuſceperunt. VI.

JOHANNES BARBAROSSA (mit dem rohten Barth vulgò dictus) ab Ao. 1577. per D. WIGANDUM die 29. Aug. confirmatus, & aliquamdiu pòſt. VII.

JOHANNES ASCENSIUS, ab Ao. 1578. usq; ad Ann. 1579. d. 22. Octobr. quo correptus d. 20. Octobr. peſte, obiit placidâ morte, hor. 2. pomerid. Multa, propter Conſtantiam, & ſinceram Confeſſionem, perpeſſus eſt, *ut habet* MS. MONTFORT: VIII.

N. Krüger quidam, per aliquod Tempus, translatus pòſt in Arnoviam. IX.

M. HIERONYMUS GALLICULUS (aliàs Hänichen) ex Arnoviâ, ubi per *XII.* Annos Paſtorem egerat, hucvocatus, Ao. 1580. qui Ao. 1584. in Viſitatione Xenodochii fuit, & obiit Ao. 1588, Ao. 87. abdicatus. MS Heupten dicit ſucceſſiſſe huic GEORGIUM Wolmeßer/ priſtinum Paſtorem, ſed expulſum propter Oſiandrum, reſtitutum verò d. 15. Octobr. qui fuerit Dom. XVIII. poſt. Trinit. X.

XI. M. MARTINUS FORQUERUS, POMERANUS, HABERSTROHÂ huc vocatus Anno 1588. Tandem grandævus mortuus *Liebwalde*, penes Preuſchmarck/ in Tractu ſuperiori Pruſſiæ A. C. 1626.

XII. CASPARUS HENNENBERGIUS, ERLICHENSIS THURINGUS, qui ab Anno 1554. fuit Paſtor MÜLHUSII KUNHEIMIORUM, inde huc vocatus Ao. 1588. Obiit hîc Anno 1597.

XIII. SALOMON FINCK, REGIOM. BOR. ex Paſtoratu *Curoniæ* huc vocatus; ab anno 1597. usq; ad annum 1612. Tunc diſceſſit BEROLINUM, ubi (quod jam Regiomonti meditatus erat) ad Calvinianos defecit, ſcriptis publicis Calviniana dogmata, præcipuè Sacramentaria, defendit. Cùm *Sereniſſimus Elector* Anno 1629. in Pruſſiam rediret, & dictus FINCK d. 10. Julii ſt. v. moreretur, ſolenni pompâ, Satellitibusq; haſtatis, ad valvas Templi diſpoſitis, coram Altari Xenodochii d. 12. Julii ſepultus fuit, poſt habitam in Arce Concionem funebrem à M. Adamo Chriſtiano Agricolâ, & ſonitum Campanarum Aulicarum, comitantibus Funus multis Aulico-Politicis, & Hypocritis Civitatenſibus, ex omni Ordine. *MS. quoddam Lepnerianum* hoc habet: ANNO 1629. ſtarb Freytags frühe umb 3. Uhr den 10. Julii Salomon Finck ein Calviniſcher Mameluck/ ſeines Alters im 64. Jahr. Er war zuvor Spital Prediger in Löbnicht/ fiel zum Calviniſ-

mo

mo hin/ und ward Calviniſcher Hoffprediger zu Berlin. Er kam aber/ im geſagten Jahr/ wegen ſeiner Privat Geſchäffte/ nach Königsberg vnd Starb daſelbſt Hæc ibi.

MICHAEL BENICIUS, Regiom. Bor. ex Paſtorate Creutzenſi huc vocatus, ab anno 1612, uſq; ad ann. 1620. quo Peſte hic obiit. XIV.

JACOBUS RÜDIGER, Juliacensis (natus anno 1582. in Oppido Brechcem:) ab anno 1620 (vocatus ex Juden-Kirch, in quo ab anno 1612. fuit, in Xenodochium) qui anno 1646. obiit Calend. Octobr. hor. 4. Veſpert. XV.

JOACHIMUS LOSSAW, Borus, ejus Gener, ab anno 1646, uſq; ad ann. 1653. quo obiit d. 3. Septembr. & ſepultus fuit d. 7. eiuſdem. XVI.

JOHANNES BECKERUS, Pomeran. ab Ao. 1653. ex Lichtenhagen vocatus, & introductus per M. Jacobum Bolium, Paſtorem Löbnicenſem. d. 2. Novembr. Dom: XXI. poſt Trinit. XVII

ADJUNCTI XENODOCHIALES.

LUCAS Frölich, qui obiit ao. 1620. I.

GEORGIUS ANDREÆ, qui objit anno 1628. II.

LUCAS KNOSPIUS, ab anno 1635. qui ex Tolckemit acceſſit. III.

# *SERIES QUARTA*

# PASTORUM ET DIACONORUM AULICORUM CUM SUBCASTRENSIBUS.

I.

## *1. PASTORES AULICI*

D. PAULUS SPERATUS, nobili *Sprettorum* familiâ Svevicâ, ſub annum Chriſti *milleſimum*, *quadringenteſimum*, *octuageſimum quartum*, die *decimo tertio Decembris* dimid. octava antemerid. natus, *Lutetiæ*, & in Italicis Academijs, diu verſatus, ſingulariq; Zelo domûs Dei accenſus, vindicandæ concionibus ſacris veræ agnitioni & invocationi Dei, ac cultibus DEo gratis, totum ſeſe dedidit.

AUGUSTÆ igitur, *Herbipoli*, *Saltzburgæ*, ac *Viennæ* Auſtriæ, circa annum *viceſimum ſecundum*, ſupra *Milleſimum*, *quingenteſimum*, conſtanter atque intrepidè abuſus & ſuperſtitiones omnis generis taxavit. Tandem in *Moraviam* venit, & *Iglaviæ* aliquantisper ſubſtitit: Unde *Epiſcopus Olomucenſis*, ad cauſam dicendam evocatum, in carcerem tetrum compegit.

*Divinâ* autem ope ex eo elapſus *Wittenbergam*, ſub annum *Milleſimum Quingenteſimum*, *Viceſimum quartum*, ad *Lutherum* venit, â quo ſtatim in BORUSSIAM miſſus & Principi ALBERTO, BORUSSIÆ *Duci*, ac JOANNI BRISMANNO, Theologiæ Doctori, in Regiomontanâ Eccleſiâ commendatus, Factus eſt Anno 1524. *Concionator Aulicus*, & poſt *Pomeſanienſis Eccleſiæ* â Principe Epiſcopus præfectus.

Excelluit ingenio, & Eloquentiâ admirabili, & perpetuus ac conſtans *Auguſtanæ confeſſionis*, adversùs *Anabaptiſtas* ac *Sacramentorũ Profanatores*, defenſor ac propugnator fuit. Ac nominatim *Eccelium* quendam & *Zanckerum*, qui initio emendationis Eccleſiarum irrepſerant, & multos, etiam ex Proceribus, ſeduxerant, RASTEBURGI anno 1531 colloquio inſtituto, refutavit.

Pietatis

Pietatis ac doctrinæ Theologicæ, non vulgaris aut hypocriticæ, ſed ſpiritualis, & ſublimis,& naturæ muſicæ ac Poëticæ, indices ſunt *Odæ ſacræ* ab ipſo compoſitæ: quibus ſummam doctrinæ Evangelij complexus eſt: ut ſunt: Es iſt daß Heil uns kommen her/ von Gnad und lauter Gütte: In Gott glaub Ich: hilff Gott/ wie iſt der Menſchen Noht. Certavit cum *Sperato* talibus Poëmatis ſacris pangendis, velut alter Boruſſiæ *Orpheus* JOHANNES POLIANDER, cujus odæ ſunt: Nun Lob mein Seel den HErren: Frölich wollen wir Singen: Hic *anno* poſt *Speratum* proximo, in *Borusſiam* primùm appulit: & tùm in Eccleſiæ gubernatione, conjunctiſſimis ſtudijs & officijs, *Speratum*, & cæteros *Collegas* adjuvit, tum vero in Scholâ docens, plerosq; Veteris & Novi Teſtamenti libros interpretatus eſt ad annum usq; *Milleſimum*, *Quingenteſimum* *Quadrageſimum*: quo ἀποπληχθεὶς aliquot menses decubuit; donec tandem ad cæleſtis Eccleſiæ conſvetudinem emigravit: quem ſexennio poſt BRISMMANNUS ſubſecutus eſt. *Et hi tres*, SPERATUS, POLIANDER, BRISMANNUS *fuerunt primi Ducatus Boruſſiæ Evangeliſtæ*, & Eccleſiarum οἰκισταὶ. *Chytr. in Saxon.* lib. 10. p. 255. 256. DRESSERUS MILLENARIO VI. p. m. 206. 653. Exq; his MELCHIOR ADAMI *in Vitis Theol.* p. 200. 201. Vide & *Rabum* lib. 4. *Martyrolog.*

GEORGIUS DÖRING, THORUNIENSIS, poſt *Speratum* fuit in Aulà.

M. JOHANN. TEZELIUS, HAMELBURG. FRANCUS, ( qui duxit uxorem Wittebergenſem *Julianam*, II.
N. *Matthæi Conſulis* ibidem, filiam, cum qua venit in Pruſſiam huc miſſus per D. *Martinum Lutherum* ) ab Anno 1544. & ſequen. Obiit hic Anno 1552.

Hujus mentionem facit MELCHIOR ADAMI in vitis Theol. p. 227. hiſce: OSIANDER contulit ſe in Boruſſiam, à vetere Catechimeno

chumeno ſuo ALBERTO Boruſſiæ Duce, invitatus Regium montem, ubi Academiam, quinquennio ante Dux ille inſtituerat, in qua Theologiam eo tempore docebant FRIDERICUS STAPHYLUS OSNABURGENSIS, vir ingenioſus, qui ſedecim annos LUTHERUM & PHILIPPUM Wittenbergæ audierat, & ſummum gratiæ locum apud Principem aliquantiſper tenebat: PETRUS HEGEMON, *Ioh. Tezelius concionator in Aula* Ducis Pruſſ. MELCH. ISINDERUS, SVIDNICENSIS, cujus mentem Melancholia gravi & diuturna, Diſputationes ſecutæ turbarunt: quibus accedebant flagrantibus jam diſſidiis, GEORGIUS VENETUS, Joachimus Morlinus, Franciſcus Stancarus. *Hæc ille.*

III. M. JOHANN. FUNCCIUS, ab anno 1548. usq; 1552. in exitu anni quo rediit in Vet. Oppid. poſt Oſiandri obitũ, pôſt decollatus ann. ætat. 48. Dequo vide *Thua. Hiſtor. Aug.* lib. 39. pa. 774. col. 2. *A. & Chytræi Saxon.* p. 560. exq; his *Melch. Adami in Vit. Theolog.* p. 412, 413.

IV. M. CHRISTOPH. LANGNERUS, ab anno 1554. Subſcripſit Corpori Doctrinæ Prutenico anno 1567.

V. M. OTTHOMARUS EPLINUS (cujus ſcripta extant, Collectanea nimirum Doctorũ Patr. in fol) Ejus laudes cantat *Hennebergerus* in Chron. pag. 183. dum ei audit, der verſoffne/ verhurete Prediger. Obiit an. 1567. d. 16. Febr. Er iſt nachmahls auff dem Berge in die Kirche begraben worden/ dem M. Nicolaus Jagenteuffel die Leichpredigt gethan/ atteſtante vetuſtiſſ. MS. Greger Möllers.

Hujus tempore inſtinctu Aulicorum (Anno 1561. d. 31. Decemb.) & permiſſione *Johannis Aurifabri*

*bri Præſidis M. Georgius Weigelius*, inſignis Sacramentarius, in templo Arcis concionē habuit præſente Ser. Principe *Alberto*, in qua horribiliter debacchatus eſt in Miniſterium, & blaſphemè locutus eſt de Sacram. *Baptiſmi & Cænæ. MS. Montfort.*

M. JOH. WEDEMANNUS, THURINGUS, evocatus ab ALBERTO I. *Duce Pruſſ. ex Caſtro & propugnaculo Grimmenſtain*, poſt ejus expugnationē, d. 8. Jan. datis *Tapiavio* literis, qui & d. 21. Novemb. primam Concionem habuit, in Oſiandrum invectus: ab Ao. 1568. usq; ad ann. 1587. quo hìc obiit d. 2. Febr. Ætat. LVII. curr. De eo alibi ſic: Ao. 1587. den 2. Febr. des Nachts/ zwiſchen 12. und 1. Uhr/ ſtarb zu Königsberg M. Johannes Wedeman, Fürſtl. Hoffprediger/ im 56. Jahr ſeines Alters/ des Eheſtandes im 30. Jahr/ des gantzen Predig-Ambts im 31. Jahr. Er war ein Gelahrter und eyfriger Lutheriſcher Prediger/ der allen Heuchel-Pfaffen/ Placentinern/ Ohrenkrawern/ Fuchsſchwäntzern/ Leiſetrettern/ Generaliſten, Pappredigern/ und Suppenfreſſern/ Spinne Feind war. Anno 1555. iſt Er Magiſter und Profeſſor Græcæ Lingvæ zu Erfurt worden: Ao. 1556. Hennenbergiſcher Hoffprediger/ bis ins 62. Jahr: Von dannen Hoffprediger zu Gotha/ bis ins 68. Jahr: Von dannen Hoffprediger in Preuſſen/ bis ins 87. Jahr. Er hatt nicht ſchlechte verfolgung gehabt von Juſto Jona I. V. D. der mit dem Schwerdt zu Coppenhagen an. 1567. d. 28. Iunij gerichtet/ und D. Pontano, Gothiſchen Cancellario, mit dem man die Quadripartitam geſpielet. Leichpredigt hat Jhm gethan M. Juſtus Hedio, Pfarrer in Löbnicht/ aus VI.

 dem

dem Ezech. 3. Du Menſchen-Kind. Vid. M. Schlüſſelburg. Vorrede über ſeine Leich-Predigt. MELCHIOR ADAMI in vitâ D. WIGANDI *de Eo* ſic: Acceſſit etiam CD. WIGANDO dolor ex obitu præſtantis Theologi JOHANNIS WEDEMANNI, Concionatoris Aulæ Ducis Boruſſiæ, quem *Wigandus*, ut conſtantem & ſingularem amicum, laborumque omnium ſocium, & curarum participem in Boruſſia, ob ingenium peracre, ſtudium ſingulare, & doctrinam eximiam, ſummam & divinam memoriam, ſemper coluit & veneratus eſt. *Hæc ille in vit. Theol. p. 614.*

Hîc inſeratur M. *Sebaſtianus Artomedes*, welcher anno 1573. in Francken Hoffprediger worden/ und mit Marggraff Georg Friedrich anno 1578. in Preuſſen/ alß ein Hoffprediger/ kommen/ iſt aber nicht lang hernach Paſtor im Kneiphoff worden.

VII. D. PAULUS WEISSIUS, *Strelenſis Sileſius*, Acad. Profeſ. ab anno 1589. uſq; ad ann. 1612. quo hîc obiit Anno ætat. LXIX. curr. d. 5. Januar.

Ejus tale in Templo Cniphoviano extat Monumentum

*PAULUS WEISSIUS hoc jacet ſepulchro,*
*Nulli, ſeu Genii, ingeniiq́; dotes,*
*Seu Vim Judicii æſtimes, ſecundus.*
*Magnus, cùm Sophiæ doceret Artes,*
*Perfectum ſibi cognitas ad ungvem:*
*Magnus, cùm triplici tonaret Ore,*
*Grajo, Romuleoq́;, Syrioque.*
*His ibant comites, Virile Pectus,*
*Prudens Conſilium, Fides probata,*
*Virtutumq́; Corona relliquarum.*
*At Mors invida, Mors tenebricoſa,*
*Non pili facit hæc, ducemq́; noſtri,*

Et Lu-

*Et Lucem, vorat auream Lycei.*
*Sed quâ parte vorat miſella tandem?*
*Quâ mortalis erat. Quod æviternum eſt*
*Nomen, facta Viri, Decusq́ Laborum,*
*Sexcentæ nequeant vorare Mortes.*

Dieſer D. Weiſſius hielte An. 1594. den 21. Octobr. die Hochzeit Predigt bey dem Beylager Hn. Hn. Johann Sigiſmund, Marggrafen zu Brandenburg etc. und Fräwlein ANNA / gebohrnen Marggräffin / und Hertzogin in Preuſſen / und zwar in der Fürſtlichen Schloß-Kirchen zu Königsberg. Die Hochzeitlichen Mahlzeiten aber waren auff dem groſſen Saal / welcher in die länge 274. und in die breite 59. Werck-Schuhe hat. Landhoffmeiſter war dazumahl H. Albrecht Frey-Herr von Kitlitz: Burggraff Hanß Rauter: Obermarſchall / Georg von Pudewels: Vice Cantzeler Andreas Fabricius I. V. D. Sileſius.

Hic D. Weiſſius A. 1585 d. 13. *Junij cum Suis* VILNAM *ivit* ad Colloquium cum Calvinianis (á Principe Radzivilio vocatus) inſtituendum. *Ex ejus literis.*

Idem D. WEISSIUS primam Concionem, in novo Templo Aulico A.C. 1593. d. 13. Martii habuit, cùm id inauguraſſet M. SEBASTIANUS *A*RTOMEDES 1. Jan. Nominatum fuit *S. Trinit. Templum. D. Paulus* noluit niſi poſt ſerium mandatum, & additas minas concionem habere, ſecundúm MS. Henrich von Dohren.

D. JOHANNES BEHM, *Regiom. Boruſſ.* ab an. 1610. d. 10. Jan. quo in præſentiâ Dn. ALBERTI FRIDERICI Ducis Pruſſiæ, & Dn. WILHELMI Ducis Curlandiæ à D. PAULO WEISSIO, Emérito, in- VIII.

 troductus

troductus fuit. Primam Concionem habuit die 21. Jan. in quâ hanc Confeſſionem edidit, '*ſe toto pectore abhorrere á Calviniſmo.* Dixit etiam quædam de vitâ Aulicorum, & de neceſſariâ gratitudine Auditorum erga Miniſtros Verbi, cum proteſtâtione, *naturâ ſuâ ſe abhorrere ab Avaritiâ.* Zu dieſes D. Behmen Zeiten wardt ann. 1616. den 2. Octobr. **Die Erſte Calviniſche Predigt/** im Saal ufm Schlos/ von D. Johanne Crocio gehalten/ da Es den im anfang der Predigt hart **Donnerte/ und Blitzte/** und inſonderheit der Donner drey harte Schläge ſchlug/ ſpricht daß *MS. Vrbani Lepn.* Ein anders *MS.* meldet/ dz *An.* 1617. 26. *Mart.* die Reformirten/ zu Königsb. ufm Schloß/ zum **Erſten mahl** daß Brodtbrechen gehalten/ und Churfl. Durchl. Johan Sigiſmund, &c. &c, nebenſt vielen andern Communiciret haben. In dictum Actum PANIFRAGII magno Zelo, in Concionis ſuæ Exordio, ſeq. d. qui erat Fer. 2. Paſchatos, invehebatur D. Behm, unde maximam Ser. Elector indignationem concipiebat, qui & per Dnnos Regentes, extraditionem Exordii imperabat. Eam non modò D. BEHM promtiſſime præſtabat; ſed & ſimul *tres*, in *Apologia additâ*, cauſas adducebat, cur Elenchum illum ſuſcipere coactus fuerit.

Sub hujus *D. Behmen* præſidio habebat Ao. 1624. d. 27. Feb. *M. Caſparus Movius Parch. Megapolitanus* diſputationem de *Sacramento Baptiſmi*, pro ſummo in Theologia conſequendo gradu, in qua nonnulla de Baptiſmo *Diaboli, Pagani, & Pſittaci* movebantur, quem certo modo Movius aſſerebat: *Item*, Quòd in tempore neceſſitatis, etiam à Photinianis Baptiſmus peti poſſet, de quo plura in D. MISLENTÆ *Movio Heretico* legas, *& Diſput. ejus Colleg. Prutenici de Baptiſmo.* Ejus Diſput. 2dam de *S. Scriptura* contra *Rahtmannum* directam, idem *D. Mislenta*, bo-

no animo tranſmiſit Movio: qui Eam his illuſtrabat notis, ut Ejus Theſes Impias, Hæreticas, & Blaſphemas diceret. Sic fiebat author maximi Schiſmatis in Pruſſia, & *primus Motor* contrariorū Scriptorum, ut *Gedanenſes Theologi* rectè in Ihrer Depulſion-Schrifft an daß Königsberg. Miniſt. anno 1637. den 17. Febr. loquebantur: tandemq; dogma ipſius hæreſeos à Saxonicis Theologis, *in Synodo Lipſenſi*, damnatum fuit.

Movius, qui jamdiu, *ob Quendam*, in publica Concione ei *Obloquentem*, ab Officio Caunenſi receſſerat, tandem in *Juridica* vernali, ad quam, ob Proceſſum, cum D. Miſlenta, iverat, VILNÆ obiit Aö 1639. ibi ſepultus.

Anno 1646. cùm ipſâ Purificationis die verba è Cathedrâ ad populū faceret D. Behm, & eò progreſſus eſſet, ut divinū illum Simeonis Hymnum funebrem exponere vellet, ſubitâ lypothymiâ oppreſſus, ſermonem abrumpere coactus eſt. Ultimam tamen Concionē habuit Ao. 47. Dn. X. poſt Trinit. hoc eſt, 25. Auguſt. Obiit Ao. 1648. d. 27. April. circa 3. matut. Natus anno 1578. ipſo Johannis Feſto.

D. LEVINUS POUCHENIUS, ab anno 1648. IX.
introductus d. 26. Jan. per M. *Fridericum Stimerum*, Paſtorem Löbnicenſem. Anno 1640. d. 19. Febr. habuit in Templo Cathedrali Concionem ſuam Doctoralem, promotus verò fuit D. eodem Anno die 14. Martii. Tandem 27. April. hor. 3. Mat. eâdem, quæ D. Behmio emortualis fuit, febri corripitur: Inde 4. Maji hor. 5. veſpertinâ, cùm cœleſti epulo priùs animam confirmaſſet, horâ ejus diei 5. moritur.

D. CHRISTIANUS DREJERUS, Stetin. Pom. X.
ab anno 1648. Introductus per *M. Georgium Neuſchil-*

*lingium*. Qui, qualiter ſe in jurata Religione geſſerit, & quo eventu, Acta Pruſſiæ publica teſtantur, ſed & orbis Orthodoxus novit.

# DIACONI AULICI.

I. GEORGIUS DöRING, THORUNIENSIS, ab anno 1530. qui *Enoch Baumgartneri* Viduam, Filiam D. *Morlini*, duxit.

II. M. MARTINUS HENRICUS.

III. GEORGIUS FISCHER, qui diſceſſit an. 1573. Mariæburg., in cujus Miniſterio vixit.

Dieſer Fiſcher hat in der Supplication an Fürſtl. Durchl. Anno 1573. d. 17. April. dieſe Urſachen ſeines Abzuges angezogen: Ich will nicht weitleufftig/ ſpricht Er/ urgiren die tenuitatem ſalarii mei, ſondern allein die Häupt-Urſach erzehlen/ die mich von hinnen bringet/ und iſt ſie dieſe: Daß ich nun faſt in das fünffte Jahr gnugſam verſpühret/ und vermercket habe/ auch nicht ohne beſondern groſſen Schmertzen/ und Betrübnüß leider erfahren/ wie Ich/ über meinem Miniſterio und Predig-Ambt/ auffs allerheßlichſte/ und unfreundlichſte habe müſſen verhönet/ und verachtet werden/ Mich allen Leuten in den Mund bringen laſſen/ als einen Synergiſten und Calviniſten/ und ſolches allein darumb/ daß Ich die/ auſſerhalb dieſes Landes/ hin und wieder ſchwebende frembde Diſputationes und Certamina, ſo noch nicht geörtert/ auch zu unſerm CORPORE DOCTRINÆ nicht gehören/ in die Kirche/ und auff die Cantzel nicht habe bringen wollen. Dazu hat nichts wenig geholffen/ daß ich ſchier keine Predigt habe thun können/ ſie hat müſſen mit vielen ſeltzamen/ und höniſchen Worten perſtringiret werden. Zu dem kömpt auch dieſes/ daß Ich deshalben gehaſſet und angefeindet werde/ daß Ich nicht allein

lein mit Herrn D. Stojo; Sondern auch mit D. Davide Voito, Familiariter umbgegangen/ und ihn zu Gefattern gebeten. Hæc ille. Dieſer *Georgius Fiſcher* hat dem alten Herrn Bernhard von Lembeck/ einem geweſenen Creutzherrn in Preuſſen/ ſo vor 40. Jahren den Orden abgeleget/ ſeines Alters 116. Jahr/ in der Kirchen auff dem Berge/ da er vor dem Altar begraben worden/ die Leichpredigt gethan/ außm Daniel XII. atteſtante vetuſtiſſ. *MS. Greg. Mællers*

M. JOHANN. WERNERUS, Saxo. Diſceſſit IV.
Landsbergam anno 1573. ubi miſere, occaſione Furti, periit anno 1588. Vid *Henneb. Chron. p.* 247 & 248.

M. N. BESSERERUS. V.

M. JACOBUS ZIEGLERUS, ex Thorunio VI.
huc acceſſit anno 1584. menſe Junio, usq; ad Ann. 1595. quo hic obiit d. 16. Decemb. Filium habuit, qui Regiomonti fuit Principis Quæſtor.

JACOBUS SETHUS, Regiom. Bor. ab anno VII.
1596. menſ. Auguſto usq; 1631. quo in Cniphovio, apud Filium *Urbanum*, obiit d. 12. (al. 13.) Martii h. 9. matutin. Ætat. 78. (al. 77.) ſepultus poſt Altare in Cniphovio Hic *Sethus* An. 1613. d. 19. Julii baptiſabat, & communicabat Anabaptiſtam quendam.

M. LEVINUS POUCHENIUS, Regiom. Bor. VIII.
(poſt ab ann. 1640. Theol. D. & ab anno 1632. *Tertius* Acad. Theol. Profeſſ.) ab anno 1623. d. 12. Febr. Fuit adjunctus tunc temporis *Jacobo Sethen*, jam Septuagenario: Succeſſit poſtea,

D. Chri-

IX D. CHRISTIANUS DREJERUS Pom. ordinatus per D. Levinum Pouchenium ao. 1648. d. 2. Feb. Dn. 4. poſt Epiph. ipſo *Purificationis Feſto*.

X. D. JOHAN. LATERMANNUS, Coburgo Francus ab anno 1648. Diſcipulus Calixti, primus, ſed infelix, Calixtinorum dogmatum in Pruſſia Diſſeminator, & inſecutarum Turbarum, & perſecutionum, præcipue *D. Mislentæ*, Author: occaſione Diſputat: de *Prædeſtinat:* propoſitæ anno 1646. d. 9. Martij ſub præſidio D. Behmii Sen. quã *D. Drejerus* cenſura probarat, nec à fœdiſſimis Erroribus, quibus ſcatebat, purgarat, quin eoſdẽ cum multis aliis pòſt acriter propugnabat, de quibus Cenſuræ Theologorũ & Anticriſis D. Mislentæ, ſtatim ab initio, legi poſſunt. Tandem *Latermannus* nullo VALE Academiæ & Eccleſiæ dicto, Halberſtadium ivit, quem brevi poſt ſecuta ipſius Uxor.

XI. M. ANDREAS OTTO Pomer. è Diaconatu Roſgartenſi ad aulicum evocatus à Dñis Regg. d. 20. Julij ab ao. 1652. quo die 18. Auguſti. ſeu Dn. XII. Trin. introductus fuit.

# ROSGARTENSES PASTORES.

I. GEORGIUS WEISSELIUS, Domnaviensis Bor. poſt ſolennem Templi inauguratione͂, ex Textu Luc. 19. v. 9. conſtitutus fuit anno 1623. *primus* Templi Roſgartenſis Paſtor, introductus Dom. III. Adventus, hoc eſt, 10. Decembr. per *D. Johann Behm*; qui obiit anno 1635. 1. *Auguſt.* circa II. hor. pom.

II. M. CHRISTIANUS KUHNO, Landsber-

GENSIS

GENSIS BORUSS. ab anni 1635. d. 30. Septembr: per D. Behmium introductus: Qui *obiit* Catharris, ann. 1652. d. 21. Octobr. poſt 5. matutin.

Varia agebant Dni Löbnicenſes Concionatores, ut ſuæ Ecclesiæ adderent partem aliquam, ſat amplam de anteriore Roſgarten, ſed fruſtra. Tandem indulſere *Dnni Regg.* Paſtori Löbnicenſi, *M. Stimero*, inſpectionem, in cœtum Roſgartenſem, vel potiùs in Paſtorē ejus, ut hic ejus Conſilio, in rebus Eccleſiæ, uteretur. Sed literæ *Ser. Electoris*, ex Marchiâ miſſæ, & hanc ademēre, ſtatum & conditionem prioris Paſtoris Succeſſori relinquentes: Sicq; *conſtans Paſtoratus* ibi erectus, ideò maximè, quòd Eccleſia dicta nollet ſuum Paſtorem ſubjicere inſpectioni Löbnicenſis. Hæc *ex MS.* fide digno.

M. CHRISTIANUS KLEIPKE, REGIOM. BORUS. (nō admiſſus prius à Schacenſibus, ad quos Concionem probatoriam habuit) An. 1653. introductus *Dn. Septuageſ.* id eſt, d. 9. Febr. qui obiit ann. ætat. III.

## *DIACONI.*

ANDREAS OTTO, POMERANUS, JESKENDORFIO evocatus, *primus Diaconus*, & à D. *Behmio* A. C. 1641. d. 22. Decembr. ipsâ Dom. IV. Adventus, introductus. Factus poſtea Diacon Aulicus. I.

GEORGIUS FALCK REGIOM. BOR. ad Diaconatum Eccleſiæ introductus, Dn. II. Advent. quæ incidit in 8. Decembr. ao. 1652. II.

# IV. TRAGHEIMENSES PASTORES.

A. C. 1632. d. 24. Octobr. qui incidebat in XX. Trinitat, ex mandato Ser. *Electoris*, per M. *Fridericum Stimerum*, Paſtorem Löbnicenſem, fuit inauguratum Templum TRAGHEIMENSE, Coadjutore Dno. *Hartungo Crobornio*, præſentibus, *Magnif. Dno. Andrea à Creutzen, & Nobiliſs. Friderico Götzen.* Interea *Miniſterium Lobnicenſe* peragebat Partes Officii, in dicto Templo, adminiſtrabant *Sacramenta*, præcipuè diebus Feſtis. *Vicarius* quoque alebatur, qui diebus Dominicis Concionem haberet Hinc factus Paſtor

I. JOH: BENEDICTUS REINHARDI, ERFURTO THURINGUS, evocatus ex *Diaconatu Eiloviano*, ab anno 1635. *primus* Eccleſiæ Tragheimenſis Paſtor conſtitutus, & d. 4. Maji an. 1636. in quam incidebat *Dn. Exaudi*, per *D. Johannem Behmium* introductus: qui ao. 1653. d. 31. Octobr. hor. 6. matutin. obiit: ſepultus 4. Novemb.

II. M. MAURITIUS CAROLI BOIZENBURGO MARCHIACUS ab anno 1654. uſq; ad ann. 1656. quo 15. Julij poſt 1. matutin. anno ætat. 41. obiit, ſepultus d. 19. ejuſdem.

III. WOLFGANGUS SPRINGERUS, ab anno 1656. Dn. XIV. Trinitatis, qui erat d. 17. Septemb.

Dl-

## *DIACONI.*

WOLFGANGUS SPRINGERUS, *Chilonio Hol-* I.
*ſatus*, An. 1643. d. 29. Nov. Dn. 1. advent. à. *D. Joh. Behmio* ad Diaconatum Tragheimenſem introductus. Præfuit 13. ann. paucis ſeptimanis exceptis.

ERDMANNVS LOCHSTÄT, Stargar- II.
densis Pomeranus, ab Anno 1656. Dn. XX. Trinit. quæ incidebat in 12. Novemb.

## V. SACKHEIMENSES,

## I. *PASTORES LITHVANICI.*

BARTHOLOMÆVS WILLENTVS, ab An. I.
1550. (al. 51.) qui Ann. 1554. fuit in Synodo Regiomontana & An. 1567. ſubſcripſit Corpori Doctrinæ.

JOHANN BRETKE, Bammelensis Boruss: II.
penes Friedland, Anno 1563. zu Labiaw fuit, ubi An. 1567. ſubſcripſit Corpori Doctrinæ Prutenico, ubi quoq; Anno 1580. Novum Teſtamentum in Lingvam Lithvanicam convertit.

LAZARVS Sengſtock Lubec: Saxo, ab anno III.
1603. (al. 1604.) ex Memelenſi Diaconatu evocatus, Obiit 1621. die 28. Febr. intra 3. & 4. matut. ætat. 59. ſepultus d. 2. Martij.

JOHANNES RHESA, Tilsensis, ex Tal- IV.
mincka Inſterburg. Acceſſit Ao. 1621. Obiit 1629. peſte, d. 30. Auguſt. ætat. 54. *Simul verſionem Biblio-*

*rum in Lithvanicam lingvam finiit, ſimul vitam terminavit. Ambigimus,* inquit Intim. Funebris, *an ſimilem conſpicaturi ſimus.*

V. MARTINUS SCHULTZ, FRIDLAND. BORUSS. acceſſit ex paſtoratu Cuntzenſi AO 1630, intoductus d. 17. Janrar. Diſceſſit anno 1640. *Stallupenam* Inſterburg.

VI. CHRISTOPHORUS SCHMIDIUS (natus Saloviæ Anno 1610. d. 10. Novembr.) acceſſit AO. 1640. ordinatus per M. *Fridericum Stimerum*, d. 12. Octobr. & d. 14. Octobr. per eundem introductus: Qui obiit Anno 1648. d. 28. Junij. circa 1. pomerid. Febre,

VII. ætat. XXXVIII.

CHRISTOPHORUS PRÆTORIUS ab anno dicto, denatus anno 1654. d. 24. Julii, poſt 12. merid. ſepultus d. 28. Julii. Natus fuit in vico, quem

VIII. incolæ die Jns vocant. An. C. 1626. d. 3. Octob.

GEORGIUS Hoffmeiſter/ ordinatus, d. 2. Nov. Anno eodem.

*PASTORES GERMANICI.*

I. M. GEORGIUS NEUSCHILLINGIUS DANTISCAN. BOR. evocatus ex propugnaculo Pillavienſi, *Primus Paſtor* Germanicus in Templo S. Eliſabethæ: Habebat Ao. 1638. d. 28. Novembr. qui erat 1. Advent. concionem ſuam Probatoriam, juſſu Electorali

lectorali, & introducebatur in illud, per *D. Levinum Pouchenium*, Dom. IV. Adventus, d. 19. Decembr. Inde *in Templo novo Sackheimenſi* docuit, cujus fundamentum poſitum Ao. 1640. d. 14. Junij: *Structura* verò ipſa, cum *cultura*, promota Munificentiâ *Ser. Electoris* FRIDERICI WILHELMI. &c. &c. & Liberalitate plurimorum aliorum, larga manu opem afferentium. Succeſsit Georgius Funccius Regiomontanus

D. Wagner. H. D. Walter.

## *DIACONI GERMANICI.*

CHRISTOPHORUS RIEGER, VRATISLAVIENS. *S*ILESIUS, primus Diaconus Sackheimenſis ab Anno 1656. d. 18. Decembr. Ordinatus à D. DREIERO, & introductus. d. H. Gehr. H. Kühr.

---

# ADDITAMENTA.

*Ne reſiduæ pagellæ vacarent, placuit tria adhuc ſubnectere EPITAPHIA.*

D. MORLINI cum UXORE, quod extat in templo CNIPHOVIANO, ad pag. 9.

ANno 1571. den 23. Maii/ am Tage Deſiderij iſt der Hochwürdige in Gott/ Achtbare/ und Hochgelarte Herr D. *IOACHIMUS MORLIN*, Biſchoff auff Samland/ ſelig in Chriſto verſchieden/ nach dem vorher anno 1570. den 3. Novemb. die Ehrliche und Tugendreiche *ANNA*, geborne Korduſſin/ ſeine Eheliche geliebte Haußfraw/ ſanfft in GOtt war entſchlaffen/ welcher beyder Cörper/ alhie ruhend der ſeligen Zukunfft Chriſti/ und Auerſtehung/ erwarten.

Pastores Fortalitij Fridericiani.

H. Biman. M. Gröber. H. ... 1704.

II. Ad pag. 23.

FUNCKII, HORSTII, SCHNELLII.

Chriſtlicher Leſer / wer du biſt /
Merck auff / wer hie begraben iſt /
Es war n drey Männer Wolgelehrt /
Die g'richtet worden mit dem Schwerdt.
Der Erſte / Jan Funck Magiſter
Ein Prædicant und ein Prieſter:
Der ander Matthis Horſt gemeldt
Ein beretter und friſcher Held;
Der Dritte hieß Johannes Schnell /
Im Rechten ein erfahrner G'ſell.
Warn Fürſtliche Räht alle drey /
Den GOtt der HErr barmhertzig ſey:
Woll Ihnen / und Uns allen / gebn
Nach dieſer Zeit das Ewig Leben.

III. Ad pag. 46.

In quo D. BRISMANNI fit mentio, quod itidem extat in templo Cniphoviano,

*EPITAPHIUM* NOBILIS *& Honeſtisſimæ Matronæ* ANNÆ, *VIRI antiqui Generis, ac Virtute præditi Dn.* Johannes Cammermeiſters / *aliás* Cammerarij, *Principis Boruſſorũ Conſiliarij. &c. quondam conjugis.*

Johann Brißman in dieſer Stadt
GOtts Wortt erſtlich gepflantzet hat /
ELISABETH ſein Haußfraw hieß /
Von der er eine Tochter ließ

ANNAM

ANNAM, welche verehlicht war
Jan- Cammerario dreyzehn Jahr/
Mit dem Sie einen Sohn bekam/
Johanſen, nach deß Vatern Nahm/
Nach des Großvaters Joachim,
Der Ewig GOtt wol ſeyn bey jhm.

*Moritur Anno M. D. LXXX. Menſe Majo d. XXVIII.*
*ætatis ſuæ L. min' dies Nov.*
M. N. C. P. C.

SOLI DEO GLORIA!

---

Syrach 44.

LAſt uns loben die berühmten Leute/ und unſere Väter nach einander.

v. 2. Viel herrliches Dinges hat der HERR bey jhnen gethan/ von Anfang/ durch ſeine groſſe Macht.

v. 4. Sie haben weißlich gerahten/ und geweiſſaget: Sie haben Land v. Leute regieret/ mit Raht uñ Verſtand der Schrift.

v. 5. Sie haben Muſicam gelernet/ und geiſtliche Lieder gedichtet.

v. 7. Alſo ſind Sie alle zu jhren Zeiten Löblich geweſt/ und bey jhrem Leben gerühmet.

v. 8. Und die haben ehrliche Nahmen hinter ſich gelaſſen.

v. 9. Aber die Andern haben keinen Ruhm/ und ſind umkommen/ als wären Sie nie geweſt: Und da Sie noch lebeten/ wahren ſie eben/ als lebten Sie nicht/ und jhre Kinder nach jhnen auch alſo.

INSTYTUT OSSOLIŃSKIEGO

5672/a